

- tores, ut saepe. || Competere, par esse vel simile. unde et in aestimatione rerum «hoc illi competit» dicimus. || Competere, rei cuiusque meminisse aut constanter valere.
- 15 Sallustius Historiarum lib. I (136): 'sic vero, quasi formidine adtonitus, neque animo neque auribus aut lingua competere'.

INCIPIT PER D LITTERAM.

- DAMNARE est damno adficere. unde et condemnare dictum est. e contrario nullo damno adfectum indem-
- 20 nem probamus. || Damnare est exheredare. Lucilius Satyrarum lib. XI (22):

Cassiu' Gaius hic operariu', quem Cephalonem dicimu', sectorem furemque, hunc Tullius, inquam, index heredem facit, et damnati alii omnes.

|| Damnari, necessitate constringi. Terentius in Phormione (422):

- 25 tuus est damnatus natus, non tu.

|| Damnare est et morti dare. Vergilius Aeneidos lib. IV (698):

nondum illi flavum Proserpina vertice crinem abstulerat Stygioque caput damnaverat Orco.

Accius Armorum Iudicio (153):

- 30 maior erit luctus, cum me damnatum audiet.

10—16 Comp.—competere; 18—20 Damn.—exheredare; 24—26 vel nec.—dare; 29—2 Acc.—damnatus.

12 ut saepe *om.* *DA* || inde: *corr. DA (cum B)* || 13 dic. h. i. comp. *DA* || 14 constare, val. *Mu.* || aut const. val. *om. DA* || 17 *om. AA* || 19 est *om. L¹* || 19—20 i. ponimus (?) *Mu.* || 22 sectorem *BA* || furiumque: *corr. Scal.* || inquam *Quich.*: quem: Quintus *Lachm.* || 23 facit at da. *Scal.*: fecit, da. *Mu.* || 24 Damnare: *corr. Quich.* || 28 caput] canum *AA* || 29 Damnare, condemnare *add. Mu.* || 30 luc.] hel...tus *L¹*.

M. Tullius in Verrem actione I (2): 'reus in iudicium || adductus est Verres, homo vita atque factis omnium iam 1 opinione damnatus'. || Damnare et Condemnare pro liberare positum est. Titinius Veliterna (152):

fortasse vótum fuisse, quó die libér foret.
nunc eius voti cóndemnatust: ínmolavit hóstiam. 5

Vergilius lib. XII (727):

quem damnet labor aut quo vergat pondere letum.

Turpilius in Leucadia (127):

et ámplius iam illam ápparare códecet,
quandoquidem voti cóndemnata est. 10

Vergilius in Bucolicis (V, 80):

damnabis tu quoque votis.

Sisenna Historiarum lib. IV (100): 'quod voto dam-
nati fetum omnem dicuntur eius anni statim consecrasse'.

Cicero Tusculanarum lib. V (4): 'rerum naturam quam 15
errorem nostrum damnare malumus'.

DELICERE est inlicere. Titinius Quinto (99):

quod eó parasitus hábeat, ut qui illúm sciat
delícere et noctem fácere possit dé die.

Lucilius lib. XXX (42):

nemo istum ventrem pertundet delicietque,
ut veniatque videbit? 20

29—2 Acc.—damnatus; 17—19 Del.—die.

1 abductus || C. Verres Cic. || 3 est *del.* (?) Mu. || 4 f. ei Ribb.: *fort. fortassis* || 5 cond. est: *del. est Sciop.* || 9 et iam plus Σ || iam *add. On.* || etiam (et iam Bue.) plus illanc Quich., Mu. || apparere: *corr. Σ* || 13 quo Victorius || 15 Damnare, accusare. Cic. Quich. || 15—16 quam merorem LA⁴ || 18 ea: *corr. E* || ut *add. Neukirch.* || quillum sc. L¹ A⁴ (satiat B): qui illum sc. B⁴: quod illum sc. E¹: qui illam sc. D⁴ (cum B): illum qui sc. Mu.: qui illum sat sc. Ribb. || 20—22 *post v. 38: huc traiec. Mu.* || 21 Delicere, inludere (vel decipere) *add. (?) Mu.* || i. in v. B⁴ ut *vid.* || 22 ut veniatque Mu.: uti (ut A⁴) via atque (*pro ūiatque*) || -bit *scripsi*: -bis.

DEFENDERE, vindicare, tueri. || Defendere, depellere.
Vergilius in Bucolicis (VII, 47):

25 solstitium pecori defendite.

Ennius Achille (1):

sérva cives, défende hostes, cùm potes défendere.

DELICA est aperi et explana. Titinius in Quinto (102):
quid istuc est aut quid istic sibi vult sérmo? mater, délica.

30 idem Prilia (82):

tibin comoédiam,
quáe sciam, non délicem?

Caecilius Obolostate (126):

“si linguás decem
35 habeám, vix habeam sáti’ te quí laudém, Lache.” —
“immo véro haec ante sólitus sum.” — “res delicat.”

Accius in Achille (1):

qua re ália ex crimine ínimicorum effúgere possis, délica.

DELENITVS, ad nostram consuetudinem: placatus. ||

1 Turpilius in Demetrio (29):

vide mírum ingenium ac délenificam múlierem!
commórat hominem lácrimis.

28 Del.—expl.; 37—38 Acc.—del.; 39 Del.—placatus.

23 Def. vind. (vind. Def. *L*¹) depellere (*om. A*⁴) V. in B. s. p. d. Defendere (Dedf. *L*) tueri (et tueri *L*¹) depellere (Def. debellare veri *A*⁴): *corr. Quich.*: Def. vind. tu. Verg. in Buc. (VII, 6) dum teneras defendo a frigore myrtos. Def. dep. *On.* || 26 in ach. *A*⁴ || 28 et *del. Mu.* || 28—29 *cf. 98. 8* || 29 istucessa ut *A*⁴ || vulsi se. *A*⁴ || 31 tibine comediam *LB*⁴: tibi nego mediam *A*⁴: tibin ego medelam *Bue.* (remedium *Ribb.*: mediam *On.*) || 32 que *L*¹: quem *A*⁴: quam *B*⁴: quom *Ribb.* || 34 dete: *corr. Bentin.* || 35 ache: *corr. Passerat.* || 36 *cf. 98. 7* || res *om. codd. h. l.* || 37—38 *cf. 98. 4* || 38 alias *D*⁴ || post v. 38 stant vv. 20—22 || 39 c. dicitur pl. *D*⁴ || 2 virum *L* || ingenitum *A*⁴ || delenifica mulierem: *corr. edd.*: -um mulierum *Iun.*

|| Delenitus, delectatus. M. Tullius ad Cassium lib. I (ad Fam. XV, 16, 3): 'iam biennium est cum virtuti 5 nuntium remisisti, delenitus inlecebris voluptatis'.

Lucilius lib. XXX (49):

praeservit, labra delingit, delenit amore.

|| Delenitus est mente alienatus. Plautus in Amphitryone (844):

delenitus sum profecto, ita ut me, qui sim, nesciam. 10

Lucilius lib. XXVIII (16):

concedat homini id quod velit, deleniat, corrumpat prorsum ac nervos omnis eligat.

Titinius Prilia (70):

verum enim dotibu' deliniti ultro etiam uxoribus ancillantur. 15

DEGERE est agere. Lucretius lib. II (16):

degimus hoc aevi quodcumque est.

|| Degere est etiam minuire. Plautus in Aulularia (165): nunc ego istum, soror, laborem degam et deminuam tibi.

|| Degere est detrahere. Plautus in Epidico (65): 20

deagitur corium de tergo meo.

4—6 vel delect.—voluptatis; 9—10 Del.—nesc.; 16—22 Deg.—exhibere.

5 b. aut triennium est Cic. || 8 l. delicit (cum ras. supra i pri. L¹): corr. Turnebus: delicit et Quich. || 9 Plautus om. L¹: Plautus in om. A⁴ || 11—12 cf. 269.32 (s. v. concedere) || (11 XXVIII B cum codd. 269, 301) || 12 vult codd. h. l. || 13 cf. 301.8 (s. v. eligere, defetigare) || prorsus (cum codd. 301): (corr. G¹) || ac del. (?) Mu. || nec uos A⁴ || 14—15 cf. 72.1 (s. v. ancillantur) || 15 -lin- A⁴ B⁴ (= G): -len- L || 17 degitur codd. Lucr. || 18 est om. D⁴ || 21 deagitur L¹ A⁴ H³: degitur B⁴ D⁴ (cum B): detegetur codd. Pl.: degetur Pius: fort. deagetur.

DARE, exhibere. M. Tullius de signis (in Verr. II, iv, 48):
 'Gn. Pompeius est Philo, qui fuit in Tyndaritano; cenam
 isti dabat apud villam'. — Terentius [in] Heautontimorumeno (455):

25 . . namque ei unam cenam atque eius comitibus
 dedi.

|| Dare, facere. Vergilius Aen. lib. I (79):
 tu das epulis accumbere divum.

et lib. III (77):

30 inmotamque coli dedit et contemnere ventos.

|| Da significantiam habet manifestam. idem Vergilius
 Aen. lib. III (85):

da propriam, Thymbraee, domum.

|| Da, dic. Vergilius in Bucolicis (I, 18):
 sed tamen iste deus qui sit, da, Tityre, nobis.

35 etiam lib. VI (65):

tuque, o sanctissima vates,
 praescia venturi, da, non indebita posco.

Terentius in Heautontimorumeno (10):

nunc, quam ob rem has partis didicerim, paucis dabo.

1 Lucilius || lib. XXX (12):

si liceat facere et iam hoc versibu' reddere quod do.

16—22 Deg.—exhib.; 27—28 Dare—div.; 31 Da—man.
 id est dic; 34 sed—nobis.

22 D. est ex. *DA* || 23 GR *AA* || fu. Tyndaritanus; is c. *Cic.* ||
 23—24 (cen.—vill.) cf. 523. 4 || cenam isti dabat apud villam
 in Tyndaritano *codd.* 523 || 24 in *om.* *AA* || 25 ieiunam: *corr.*
H^s: unam ei *Ter.* || 29 III *LA* || 30 d. i. coli *LB* || 31 man.
 id est (idem *L cum B*) dic || 31—32 cf. 361. 33 || 33 Da id
 est dic *Mu.* || 35 etiam in *B*: et in *Mu.*: et Aen. *Me.* ||
 39 numquam.

et lib. XXVIII (XXIX, 39):

persuáde et transi, vél da, quam ob rem tránseas.

|| Dare, adscribere. M. Tullius in Verrem, Divinatione 5 (35): 'ego etiam quae tu sine Verre commisisti, Verri crimini daturus sum'. || Dare, ostendere. Lucilius lib. XXVI (26):

ánimo qui aegrotát, videmus córpore hunc signúm dare.

|| Dare, praebere. Lucilius lib. V (28):

sicuti cum primus ficos propola recentis 10
protulit et pretio ingenti dat primitu' paucos.

DEPONERE est ponere. Vergilius in Bucolicis (III, 32):
de grege non ausim quicquam deponere tecum.

M. Tullius (de Off. II, 4): 'existimavi honestissime molestias posse deponi, si me ad philosophiam rettulissem'. 15
|| Deponere est commendare. Accius in Erigona (51):
hóspitem depósitam interemes?

Afranius Epistula (130):

amáre, habere púerum depositúm foris.

M. Tullius de Officiis lib. III (95): 'ergo et promissa 20
non facienda nonnumquam neque semper deposita reddenda'.
|| Deponere est alienare. Plautus in Aulularia (575):
ut mé deponat víno, eam adfectát viam.

16 Dep. e. commendare; 20—25 M. Tull.—dicuntur.

4 pervade *Mu.* || 5—7 *cf.* 248. 31 || 6 s. Verrem *L¹ A⁴* ||
7—11 (Dare—paucos) *post* 281. 11: *huc traiec. ed. princ.* ||
8 que aegr. vidimus: *corr. Gulielm.* || 9 praebere *On.*: petere ||
9—11 *cf.* 154. 23 (s. v. primitus) || 10 primos *codd.* 154 ||
11 pirotulit: *corr. EH^a* || 13 quicquam *L¹ A⁴* || 14 honestissimas:
-me meas (?) *Mu.* || 15 deponissime *A⁴*: deponi nisi me *L B⁴* ||
retulissent || 17 (hospitam *B*) || deposita *B⁴*: -tum (?) *Mu.*

|| Deponere est desperare: unde et depositi desperati
25 dicuntur. Lucilius Satyrarum lib. III (65):

Symmachu' praeterea iam tum depostu' bubulcus
exalans animam pulmonibus aeger agebat.

Vergilius lib. XII (395):

ille ut depositi proferret fata parentis.

30 Accius in Tereo (636):

Tereús indomito móre atque animo bárbaro
conspéxit in eam amóre vecors flámmeo,
depósitus facinus péssimum ex deméntia
confíngit.

35 idem in Alphesiboea (73):

etsi est in malis
depósitus animus [meus], quae scibo, exinde aúdiét.

M. Tullius in Verrem actione II (I, 5): 'itaque mihi
videor, iudices, magnam et maxime aegram et prope de-
40 positam rei publicae partem suscepisse'. — Caecilius in
Obolostate (121):

depositus modo
sum anima, vita sepultus sum.

DESTITVI est desolari. || Destitui rursum statui. Naevius
in Gymnastico (52):

1 in álto navem iúbeat || destitui ánchoris.

20—25 M. Tull.—dicuntur; 36—37 Acc. etsi est—meus;
38—40 M. Tull.—susc.; 43—3 Dest.—se.

24 desperati] desperare *L*¹ || 26 pretere *L*¹ || 27 cf. 38. 25
(s. v. expirare) || expirans *codd.* 38 || 32 c. ut eam *Mu.*: c.
inde *On.* || flammeo *Iun. in marg.*: flammeos || 37 meus *del.*
Both. (*praec. mus*) || quae sunt cibo *E* || ex me *Voss.*: fort. ea
exinde || audies *Me.* || 38 I *B^A*: om. *L*¹ *A^A*: (*V L*⁵) || 39 iudices
om. *codd.* *Cic.* || 41—42 fort. *bacch. metr.* || 42 animo *Ribb.* ||
vivos sep. *Mu.* || sum *secl. Ribb.* || 1 iubet: lubet ei (?) *Mu.* ||
iu. in a. n. *Mu.*

Caecilius in Symbolo (195):

destituit omnes sérvos ad mensam ánte se.

DEDICARE est dicare. Indicare, Accius in Alpheisiboea (78):

5

át vereor, cum te ésse Alcmeonis frátrem factis dédicas.

Caelius in Annalium lib. I (9): 'legati, quo missi sunt, veniunt, dedicant mandata'.

DICERE, constituere. Terentius in Andria (102): placuít; despondi. hic núptiis dictúst dies.

10

|| Dicere, denuntiare. Lucilius lib. XXVIII (9): minitári aperte cápitis dicturúm diem.

Terentius in Andria (204):

sed dicó tibi,

ne témere facias.

15

|| Dicere est indicare. Vergilius in Bucolicis (III, 1): dic mihi, Damoeta, cuium pecus?

|| Dicere, dicare. Vergilius lib. VI (138): Iunoni infernae dictus sacer.

|| Dicere, destinare. M. Tullius de Officiis lib. III (45): 20 'et is qui morti addictus esset, paucos sibi dies con-

43—3 Dest.—se; 11 Dic. est den.; 14—16 Ter. sed—ind.; 18—19 Dic.—sacer.

3 mesam *AA* (non *B*) || 4 Ded. est dicare . m . accius (. m . tullius accius *LB*4): *correxí*. In archetypo fuerat Ded. est dicare m dicare accius (*M pro IN*) || M. Tullius * * * Dedicare indicare Accius *Mu.* || 6 esse *del. On.* || almeonis: *Alcim. Ribb.* || dedicat (indicat *L*¹): *corr. Both.* || 7 caecilius: *corr. Me.* || in *del. (?) Mu.* || 10 despondit hinc (hunc *B*⁴) || 12 minutari *L* || 18 D. etiam d. *D*⁴ || 20 defunare *AA* (fu *pro sti*) || 21 his *L AA* || adductus *AA* || dies *om. AA*.

280. 281 M.

mendandorum suorum causa postulavisset'. || Dicere etiam promittere. Pomponius in Pistoribus (117):

"númmos certos dícas." — "dico quínquaginta mília."

25 Sallustius Hist. lib. II (80): 'eodem anno in Macedonia Gaius Curio principio veris cum omni exercitu profectus in Dardaniam a quibus potuit pecunias Appio dictas coegit'. — Afranius in Vopisco (354):

igitúr quiesce; et quóniam inter nos núptiae
30 sunt dictae, parcas ístis verbis, sí placet.

idem Fratriis (159):

dat rústico nescioci, vicinó suo,
perpaúperi, cui dícat dotis paúlulum.

Pacuvius in Hermiona (167):

35 priú' data est quam tíbi dari dicta aút quam reditum est
Pérgamo.

Varro Mysteriis (330): 'init virgo, dos a femina ut auferatur. quae mihi posteaquam ad Concordiam dicta est'. || Dicere, dare. M. Tullius de Officiis lib. II (69): 'conmode autem, quicumque dixit pecuniam'. ||

1 DIGNATVS significat dignus habitus. Vergilius [lib. III] (475):

coniugio, Anchisa, Veneris dignate superbo.

22—23 Dic. etiam prom.; 29—30 Afr. igitur—pl.; 1—2 Dign.—superbo.

23 Pictoribus *Me.*: Pistore; íbus *Mu.*: *licet etiam de Piscatoribus cogitare* || 25 III *AA* || 27 darniam *AA* || a *add. Mu.* || q. po. modis pe. *Carrio 'ex cod.'* || appia *L AA*: om. *BA*: *corr. Roth.* || 29 quiesce et *Lips.*: quiescet *L AA BA*: quiesce *DA* || 32 da: *corr. Me.*: det *Lips.* || 36 in id || iurgo *Popma* || dos a om. *AA* || 37 adf. (?) *Mu.* || 1—2 cf. 286. 31 || lib. III om. *L AA DA*.

Accius in Neoptolemo (474):

sed quém mihi iungent? cui, quae cum illo fuerim,
dignabór dari?

idem in Atreo (231):

5

égone Argivùm impérium adtingam? aút Pélopis dignér
domo?

quoí me ostendam? quód templum adeam? quem óre funesto
ádloquar?

Cicero in Oratore (64): 'quamquam enim omnis
locutio oratio est, tamen unius oratoris locutio hoc proprio
dignata nomine est'. — idem de Oratore lib. III (25): 10
'quae tamen consimili laude dignantur'.

DOMINVS dicitur cui servitur. Vergilius Aen. lib. I (282):

Romanos rerum dominos gentemque togatam.

|| Dominus rursum appellatur convivii exhibitor. unde et
dominia convivia. Lucilius Satyrarum lib. VI (30): 15

qui te bonu' Iuppiter, inquit

Crasso Muciu', cum cenabat

. dominum fortem.

idem lib. XIII (12):

. . . primum domini atque sodalicia omnia
tollantur.

20

4 iunget *L ante corr.* || cui q. c. i. f. *Me.*: tuique tu illo
fuerint || digna bona tibi *A*⁴ || 6 Pelopia *Voss.* || 7 quoí *Lips.*:
quo || adeant *L*¹ || quaemore (-ne *A*⁴) || funeste *A*⁴ || alloquar
Me.: conloquar (coll.) || 9—10 tamen—oratore lib. III *om.*
(*propter homoeotel.*) || 10 signata *codd.* *Cic.* || 11 qua et a
me *A*⁴ || dignentur *Cic.* || *post hunc v. seq.* 279. 7—11 || 15 do-
mini ad convivia *L A*⁴ || 17 mucium: *corr. I. Dousa* || 17—18 cum
quo c. d. ornet *Lachmann.* || 20 dominia *L B*⁴, quod tuctur *Havet.*
(*Rev. Phil.* 1890, p. 29): domina ('ut Accii augura pro auguria')
Mu. || 20—21 i p.—omnia tollant *Mu.*

Turpilius Philopatro (185):

forte eó die

meretrícis ad me délenitatae Átticae ut convénérant
 25 condíxerantque cénam aput me, Tháís atque Erótium,
 Antíphila, Pythíás, ego extra cúbui domina . . .

Varro Papia Papae, *περὶ ἐγκωμίων* (374): 'dominum
 convivi, vinum aliudve quid mi laudato'. — Sallustius
 Hist. lib. III (83): 'alter scriba Maecenas in imo, medius
 30 inter Tarquitium et dominum Perpennam'. — M. Tullius
 1 in Verrem, Frumentaria (II, III, 9): 'ornari || argento
 dominia vestra'. — Varro in Endymionibus (102):
 'discumbimus murrati. dominus maturo ovo cenam com-
 mittit'. || Domini etiam mulierum amatores.
 5 || Dominus, maritus. Vergilius Aeneidos lib. IV (213):

conubia nostra

reppulit ac dominum Aenean in regna recepit.

DELIBERARE est dubitare. Terentius in Phormione (457):
 ego ámplius delíberandum cénseo.

10 || Deliberatum, conplacitum vel definitum. Turpilius
 in Philopatro (180):

certum ác delíberátum est me illis óbsequi.

8—13 Del.—separatio.

24 delin. *AA*: delenificae *Iun.* || ut Att. *Grautoff.* || con-
 venerat (cum v. *LB⁴*): *corr. Iun.* || 25 quo (quod *LB⁴*) dixe-
 rant quae (que *L¹*): *corr. Iun.* || 26 *Lais add. Ribb.* || exira *AA* ||
 accub. (?) *Mu.* || dominium *Mu.* || 28 quidni? l. *Gifanius,*
Popma: fort. quid ni l. || 29 alter scriba Maecenas *Serv. ad*
Aen. I, 698: alteri (alter *B⁴*) scribam et cenas (caenas) ||
 30 Tarquitium *Kritz.*: -nium (cum *codd. Serv.*) || Perpernam *codd.*
Serv.: Perpenna || 1 frumentaria adria arg.: frum. arg. (*del. adria*)
ed. princ.: correxi || 2 dominos vestrae || 3—4 cf. 249. 6 (s. v.
 committere, initiare); 349. 13 (s. v. maturum, mite, coctum) ||
 3 mussati: *corr. On.* || 3—4 dom. mandarenam com. *codd. h. l.* ||
 4 Dom.—am. *secl. On.*: post am. *lacunam sign. Mu.* || mul.
 maliorum *L¹* || 10—12 cf. 429. 19 (s. v. cogitare et deliberare.)

DISCRIMEN, divisio, separatio. Cicero de Finibus Bonorum et Malorum (II, 44): 'homo et acutus et diligens Chrysippus non contemnit totumque discrimen 15 summi boni in earum conparatione positum putat'. || Discrimen est periculum. Vergilius Aeneidos lib. I (204):

per quot discrimina rerum
tendimus in Latium.

|| Discrimen rursum separatio, a discernendo, unde 20 [discriminale] et discerniculum dicitur acus, quae capillos a media fronte dissepulat. — Sallustius Hist. lib. I (126): 'Sertorius portis turbam morantibus et nullo, ut in terrore solet, generis aut imperii discrimine per calorum corpora ad medium quasi, deinsuper adstantium manibus in 25 murum adtollitur'. — Vergilius Aen. lib. I (574):

Tros Tyriusque mihi nullo discrimine habetur.

M. Tullius in Philippicis lib. XII (23): 'Etruriam discriminat Cassia'. — Lucilius lib. XXIX (8):

et amabat omnes; nemut discrimen non facit,
neque signat linea alba.

30

|| Discrimen, certamen. Vergilius lib. V (154):

post hos aequo discrimine Pistrix
Centaurusque locum tendunt superare priorem.

8—13 Del.—sep.; 15—22 Cic. Crys.—dissepulat.

13 sep. *del. Mu.* || 14 actus *A⁴* || 16 in eam rem rerum *L A⁴ B⁴*; in ea rerum *D⁴* || 17—19 *cf. 410. 33* || 18 tot *E* (*cum Verg.*) || 20—21 unde discriminale et discernic. *E*: unde et (etsi *L¹*) discernic. *rell.* || 22—25 *cf. 530. 26* (*s. v. deinsuper*) || 23 fortis: partis *codd. 530: corr. Me.* || turba mor.: turbam or. *codd. 530: corr. Me.* || 24 discrimen *A⁴* || 26 tyriosque: *corr. E* || agetur *Verg.* || 28 cassius || 29 (*nem.*)—30 *cf. 405. 15* (*s. v. signare, discernere, separare*) || 29 nam ut (*om. nam A⁴*): *correx*i || 31 (*aeq.*)—33 *cf. 411. 7* || 32 hoc *A⁴ L²* || equod d. *L¹*: eo quod d. *A⁴*.

DUCCI, delectari vel avocari. M. Tullius de Finibus
 35 Bonorum et Malorum lib. V (42): 'dantque se ad luden-
 1 dum fabellarumque || auditione ducuntur'. || Ducere,
 pati. Vergilius Aen. lib. IV (560):

nate dea, potes hoc sub casu ducere somnos?

|| Ducere, nudare, exerere. Vergilius lib. XII (377):

ille tamen clipeo obiecto conversus in hostem
 5 ibat et auxilium ducto mucrone petebat.

|| Ducere, excitare. M. Tullius in Verrem actione II
 (II, 143): 'quod siquem statuæ magno opere delectant,
 siquis earum honore aut gloria ducitur'. || Ducere,
 consuetudine quam significantiam habeat, claret; sicut
 Vergilius Aen. lib. XI (85):

10 ducitur infelix aevo confectus Acoetes;

et multa talia. || Ducere, indicere, inducere. M. Tullius
 de Officiis lib. II (21): 'postremo pretio aut mercede
 ducuntur'. — et de Senectute (26): 'sic adulescentes
 senum praeceptis gaudent, quibus ad virtutum studia
 ducuntur'. || Ducere, extruere, erigere. Vergilius Aen.
 lib. I (423):

pars ducere muros

15 molirique arcem.

|| Ducere, existimare, iudicare. Varro Sexagesi (499):
 'avidus iudex reum ducebat esse *κοινὸν* 'Εμμήν'.

8—9 Duc.—claret; 11 Duc. incl. ind.; 13—16 M. Tull.
 sic—iudicare.

84—1 cf. 113. 16; 191. 4 || 1 fellarumque *L*¹ *AA* || dicun-
 tur *L*¹ || potiri *Mu.* || 8 et siquis *codd. Cic.* || 9 clareat *L* ante
corr. || XII || 9—10 cf. 268. 27 || 10 aquiaetes *AA*: adquietes *L*:
 acoetas *E*: aletes *B*⁴ || 13 senuum *L*¹ *AA* || 14 struere: *corr.*
Mu. || 13—15 cf. 240. 19; 346. 17 || 17 coeno *AA*.

Vergilius lib. X (668):

tanton me crimine dignum

duxisti?

20

M. Tullius in Verrem, in Divinatione (66): 'clarissimi viri nostrae civitatis temporibus optimis hoc sibi amplissimum pulcherrimumque ducebant'. — Lucilius lib. XXX (114):

non datur. admittit nemo, nec vivere ducunt.

|| *Ducere, agere. Lucilius lib. XXVI (98):*

25

qui sex menses vitam ducunt, Orco spondent séptimum.

M. Tullius de Officiis lib. III (96): 'a quattuor fontibus honestatis primo libro officia duximus'. || *Ducere, volvere, pertractare. Vergilius lib. VI (690):*

sic equidem ducebam animo rebarque futurum.

30

Lucilius lib. XXIX (78):

age núnc, summam sumptús duc atque aerís simul adde aliéni.

|| *Ducere, fabricare. Varro Γνωθι σεαυτόν (201):*

nil súnt Musae, Polyclés, vestrae,

quas aérifice duxti.

35

|| *Ducere, trahere, differre. M. Tullius ad Caesarem iuniorem lib. I (fr. 7):* 'ne || res duceretur, fecimus ut Hercules Antianus in alium locum transferretur'. —

19 — 20 Virg. tant. — dux.; 28 — 30 Duc. vol. pert. — futurum.

19 tanto *L*¹ *A*⁴ *D*⁴ || 20 dixisti *A*⁴ (*non B*) || 21 in *del.* *Quich.* || 25 Duc. ag. *add. Quich.* || 25 — 26 *cf. 526. 13 (s. v. per accus. cas.)* || Luc. — ducunt *om. codd. h. l.* || 26 orpo *codd. h. l.* || 29 Verg. lib. VI] lib. VI (*om. Verg.*) *A*⁴: M. Tullius *D*⁴ || 30 sic quidem *L*¹ *A*⁴ || deducebam *D*⁴ || 32 aeri (eri) sim.: *corr. Iun.* || 33 — 35 *cf. 69. 21 (s. v. aerificum, quod fit ex aere)* || 34 policis *codd. utrobique: Polyclis Lips.* || 36 tr. ferre *A*⁴ || 1 nec *B*⁴: nec (*Gen.*) *vel ne (B) A*⁴ || rex *A*⁴ || 2 Antonianus *O. Hirschfeld. ap. Gurlitt.*

idem de Officiis lib. III (79): 'apud populum Romanum
criminatus est, bellum illum ducere'. || Ducere, proprium
pro temporibus servare. Vergilius in Bucolicis (IX, 48):

5 astrum, quo segetis gauderent frugibus et quo
duceret apricis in collibus uva colorem.

|| Ducere, dimittere, descendere. Plautus in Aulularia (708):
ubi ille abiit, ego me dúco † serium de árbore.

|| Ducere, gerere. Vergilius lib. VIII (55):
10 hi bellum adsidue ducunt cum gente Latina.

DIFFERRE est spatium temporis dare. Vergilius Aen.
lib. VI (569):

distulit in seram conmissa piacula mortem.

|| Differre, diffamare, divulgare. Lucilius lib. XXX (34):
gaudes, cum de me ista foris sermonibu' differs.

15 Varro de Vita Pop. Rom. lib. IV: 'si modo civili
concordia exequi rationem paret, rumores famam differant
licebit nosque carpant'. || Differre, dividere vel scindere.

Vergilius Georg. lib. III (197):

Scythiaequae hiemis atque arida differt
nubila.

20 Terentius in Adelphis (486):

.. miseram me! differor doloribus.

Vergilius lib. VIII (642):

haut procul inde citae Mettum in diversa quadrigae
distulerant.

9—12 Duc.—mor.; 17—19 Diff.—nubila.

3 bellum Cic.: balbum *LB*^A: balbul *AA* || 7 dem. *Iun.* ||
8 medico *AA* || ser.] deorsum *codd. Pl.* || 9 VII *LA*^A || 11 est
om. DA || 11—12 *cf. 370. 1* || 13 Differre *om. LA*^A: *add. BA* ||
14 fori *Mu.* || 16 parent *Kettner.* || rumore *Quick.* || 17 IIII ||
18 (atque)—19 *cf. 175. 12* || 22—24 *cf. 265. 25* || 22 VII ||
23 aut: *corr. E.*

Lucilius lib. XXX (35):

25

et maledicendo in multis sermonibu' differs.

Plautus in Aulularia (445):

nisi reddi

mihi vasa iubes, pipulo te differam ante aedis.

|| Differre, in ordinem ponere. Vergilius Georg. lib. 30
IV (144):

ille etiam seras in versum distulit ulmos.

|| Differre, distare. M. Tullius in Verrem, Divinatione
(61): 'ac vide, quid differat inter meam opinionem ac
tuam'. — Lucilius lib. XXVII (17):

tamen † aliti verruca aut cicatrix mediu' papulae differunt.

M. Tullius in Hortensio (37): 'quantum inter se 35
homines studentes moribus, omni vitae ratione || differant'. 1

DVRVM, solidum. Vergilius Aen. lib. IV (366):

sed duris genuit te cautibus horrens

Caucasus.

|| Durum, nocens Vergilius Georg. lib. IV (246):

5

aut durum tineae genus.

Lucilius lib. XXX (10):

et saevo ac duro in bello multo optimus hostis.

|| Durum, patiens et perseverans. Vergilius Georg. lib.
II (170):

Scipiadas duros bello.

10

30—33 Diff.—tuam; 2—6 Dur.—gen.; 9 Dur.—perseverans.

26 in vulgi *Mu.* || 27—29 cf. 152. 3 || 28 redde *codd. h. l.*:
corr. E || 29 iuves *LB⁴*: uiues *A⁴* || 34 aliti *LB⁴*: aditi *A⁴*:
aut *Me.*: fort. haut || mēd.] naeveis *Mu.* || popule *A⁴* || 1 studiis
Nobb. || 4 causasus *A⁴* || 5 Durus: *corr. Quich.* || 6 ut *L* ||
7—8 cf. 388. 18 (s. v. saevum) || 8 ut d. *codd. h. l.* || 9 et
del. (?) Mu.

et Aen. lib. I (207):

durate et vosmet rebus servate secundis.

Terentius in Adelphis (554):

nón hercle hic qui vult durare quisquam, si sic fít, potest.

15 || Durum, inmite. Vergilius Georg. lib. III (258):

quid iuvenis, magnum cui versat in ossibus ignem
durus amor?

Terentius in Heautontimorumenó (204):

et quód illum insimulat durum, id non est.

20 DECERNERE est constituere, definire. M. Tullius de
Officiis lib. I (80): 'quare expetenda quidem magis est
decernendi ratio quam decertandi fortitudo'. — Vergilius
lib. IV (475):

decrevitque mori.

Terentius in Andria (219):

25 quidquid peperisset, decreverunt tollere.

Plautus in Asinaria (73):

eos mé decretum est persequi morés patris.

Varro in Eumenidibus (147): 'forenses decernunt:
Existimatio nomen meum in sanorum numerum refert'.

30 || Decernere [ut] est dicere. Plautus in Amphitryone (fr. XIV):
quí nequeas nostrórum uter sit Amphitryo decérnere.

14—15 Ter. non—inm. ut durus amor; 20 Dec. e. const.;
27 Pl. eos—persequi.

15—17 cf. 418. 37 || 19 insimulato || 20 def.] de finibus A⁴ ||
21 explenda || 22 oratio || ra. qu. de. om. A⁴ || oratio || 22—23 cf.
291. 26 || 25 peterisset A⁴ (praeterisset B) || 28—29 cf. 381. 21
(s. v. referre) || 29 nomen eum codd. h. l. || in ins. Popma || ut
Ex.—referat codd. 381 || 30 D. est (om. ut) E (cum B): D. id
est Mu. || 31 nequeas E: neque has L B⁴: nequea A⁴.

|| Decernere, certare. Vergilius Aen. lib. XI (218):
ipsum armis ipsumque iubent decernere ferro.

idem Georg. lib. III (218):

cornibus inter se subigit decernere amantis. 35

M. Tullius Philippicarum lib. III (33): 'quam ne
serviamus animis armisque decernere'.

DISMISSVM, abiectum. M. Tullius de || Officiis lib. 1
III (115): 'perspicuum est enim ea quae timido animo,
humili, dimisso *fractoque fiant*' * * *

unus accipit,

adfert dimissum, humile, miserandum, abiectum . . . 5

Vergilius Aen. lib. III (320):

deiecit vultum et demissa voce locuta est.

Lucilius lib. XXVII (11):

re in secunda tollere animos, [et] in mala demittere.

Cicero Tusculanarum lib. V (24): 'non est ausus 10
elate et ample loqui, humiliter demisseque sentire'.

|| Dimittere, permittere, in potestatem dare. M. Tullius
de Repub. lib. I (62): 'tum annui consules, tum dimissi
populo fasces'. || Dimittere est derelinquere. M. Tullius
ad Caesarem lib. III (9): 'quae si videres, non te
exercitu retinendo tuereris, sed eo tradito aut dimisso'. 15

|| Demittere, desuper mittere. Vergilius Aen. lib. II (262):
demissum lapsi per funem.

32—33 Dec.—ferro; 5—7 Dim.—loquuta est; 9 Luc.
re—dim.; 12 Dim.—dare; 16 Dim.—mittere.

32 recertare A4: decertare (?) Mu. in append. || 34—35 cf.
401. 15 || 36 III L (cum Gen.²; B n. l.) || 37 serviam || 2 III A4 ||
praespiciuum L¹A4 || 3 demisso Cic. || add. Quich. || 4 unas A4 ||
5 vel Dim. hum. mis. abi., nov. lemma (cum codd.) || 7 dim. A4 ||
9 et om. L¹ || dim. || 11 cum hum.—sentiret Cic. || 12 dim.
(dem. H²) || 13 dem. cod. Cic. || 14 q. si ed. a. 1471: q. sibi:
quasi On. || de: corr. Nipperd. Philol. III, 149 || 15 tueris L¹:
tueri rell.: corr. Madvig. Adv. II, 245: teneri On. || sed de
tr. On. || 16 Dim. L || 17 dim. L.

Sallustius Hist. lib. II (70, 3): 'cum machinato strepitu demissum Victoriae simulacrum coronam capiti
 20 inponebat'. — Varro in Meleagris (302): 'cum etiam
 Thais Menandri tunicam demissam habeat ad talos'.

|| Dimittere, dare. Vergilius Georg. lib. III (35):

dimissaeque ab Iove gentis

nomina.

|| Dimittere, mittere. Vergilius Aen. lib. I (576):

25 equidem per litora certos
 dimittam.

DIGNARI dicitur dignum aliquem deputare. Vergilius
 lib. X (732):

atque idem fugientem haut est dignatus Oroden
 sternere.

30 || Dignatus rursum, qui ab alio habetur dignus. Vergilius
 Aen. lib. III (475):

coniugio Anchisa Veneris dignate superbo.

DISCERE est ignotam rem meditando adsequi. Lucilius
 lib. IX (66):

labora

35 discere, ne te res ipsa ac ratio ipsa refellat.

Vergilius lib. XII (435):

1 disce, puer, || virtutem ex me.

|| Discere, temptare. Vergilius lib. V (222):

et fractis discentem currere remis.

27 Dign.—dep.; 33—35 Disc.—ref.; 2—4 Disc.—mortuum.

18—20 (inp.) cf. 180. 19 || 18 III *codd. h. l.* || machinis *codd. h. l.* ||
 19 dim.: (*corr. H²*) || 20 -bant *codd. h. l.* || 20—21 cf. 536. 30
 (s. v. tunica) || 21 dim.: (*corr. H²*) || h. atialos *A⁴* || edere
Quick. || 22 dimissaque: *corr. E* || 25 et quidem: (*corr. B*) ||
 27 Dignatus || 30—32 cf. 281. 1 || 31 III *L* || 33. 35 discere
 labora: *corr. Iun.* || 35 res te: *corr. I. Dousa.*

DEFVNCTVM dicimus consuetudine mortuum. Vergilius lib. VI (306):

defunctaque corpora vita.

5

|| Defuncti, liberati. Vergilius lib. VI (83):

o tandem magnis pelagi defuncte periclis.

DISTRAHERE est vendere. Lucilius lib. XXIX (fr. XL):
dividant, differant, dissupent, distrahant.

|| Distrahere, separare. Terentius in Phormione (201): 10
quod si eo meae fortunae redeunt, Phanium, abs te ut
distrahar.

M. Tullius in Philippicis lib. II (23): 'quid ego illum
ab eo distrahere conarer? — idem de Officiis lib. III (11):
'qui primum haec natura cohaerentia opinione distraxissent'.
— Varro de Vita Pop. Rom. lib. II: 'distractione civium 15
elanguescit bonum proprium civitatis atque aegrotare in-
cipit et consenescit'. || Distrahere, dividere, diffindere.

Vergilius lib. VII (767):

turbatis distractus equis.

Varro de Vita Pop. Rom. lib. I: 'Mettum Fufetium
propter perfidiam interemit, poene imperiosius quam 20
humanus; nam equis ad curriculum ex utraque parte
diligatum distraxit'.

DICARE dictum est constituere, consecrare. Vergilius
lib. V (60):

urbe velit posita templis sibi ferre dicatis.

2—4 Disc.—mort.; 6—8 Def.—vendere; 15—17 Varro
distr.—diff.; 19—22 Varro Mett.—consecrare.

8 XXVIII * * * Distrahere, discerpere * * * Mu. ||
9 distrahunt A^A (non B) || 12. 13 add. Me. || 13—14 cf. 356. 20 ||
16—17 incipiet cons. A^A (non B) || 17 diffund.: corr. Passerat. ||
21 del. D^A || 23 orbe velim positam (-ta BE).

287. 288 M.

|| Dicare, tradere. M. Tullius in Epistola ad Caesarem
 25 lib. I (fr. 2): 'Balbū quanti faciam quāque ei me
 totū dicaverim, ex ipso scies'. — Lucilius lib. XXX (59):
 iuratam se uni, cui sit data deque dicata.

|| Dicare, indicare, nuntiare. Lucilius lib. XXX (5):
 sicubi ad auris
 30 fama tuam pugnam clarans adlata dicasset.

DETRAHERE dicitur derogare. M. Tullius de signis
 (in Verr. II, IV, 53): 'et si quaeritis, ut ipse de me
 detraham, illos ego accusatores puto'. || Detrahēre,
 1 tollere. || Terentius Heautontimorūmeno (124):
 adsido: adcurrunt servi, [i] soccos detrahunt.

Vergilius Georg. lib. IV (513):
 observans nido inplumis detraxit.

5 M. Tullius in Frumentaria in Verrem (II, III, 165):
 'postremo, sicui civitati solvit, tantum detraxit quantum
 commodum fuit'. — idem de Officiis lib. III (23): 'num-
 quam committet, ut alienum adpetat et id quod alteri
 detraxerit sibi adsumat'. — et in Hortensio (68): 'ut
 ea sibi ratio vera restituat, quae consuetudo vitiosa de-
 10 traxerat'. || Detrahēre, extrahere. Lucilius lib. XXIX (43):
 cum ipsi in lutum descendant, tum alios detrahant.

DESPICERE est pro nihilo habere. M. Tullius in Verrem
 actione II (I, 123): 'quem ad modum tenuissimum quem-
 que contempserit, despexerit, liberum esse numquam duxerit'.

24—26 Dic.—scies; 31—2 Detr.—detr.; 10—12 Detr.—hab.

27 cuiistit A⁴: fort. cuiist || adaequae (praec. a): daequae
 Gen.³ || 29 auri || 30 claram: corr. Lips. || adlatam (all.) (illa-
 tam G): alata Lips. || 33 puto fuisse Cic. || 2 ii L³: om. rell. ||
 3—4 cf. 360. 10 || 4 n. et i. B⁴ || 5 in Verrem Frumentaria
 Quich. || 6 solvit Cic.: sociae (-ie) || 8 adtraxerit L¹ A⁴ ||
 9 sibi del. Mu. || 9—10 -rit Ald. || 11 tum al. D⁴: cum al.
 L A⁴ B⁴ || detrahunt B⁴ || 13 (quemque)—14 cf. 436. 26.

Vergilius in Bucolicis (II, 19):

15

despectus tibi sum nec qui sim quaeris, Alexi.

M. Tullius de Officiis lib. II (36): 'despiciunt autem eos et condemnant, in quibus nihil virtutis, nihil animi, nihil nervorum putant'. || Despicere, desuper aspicere.

Vergilius Georg. lib. II (186):

qualem saepe cava montis convalle solemus
despicere.

20

M. Tullius in Hortensio (69): 'consolabitur eam magnitudo animi et humanarum opinionum alta quaedam despectio'.

DEICERE, elidere. M. Tullius ad Caesarem iuniorem lib. II (fr. 20): 'de statua nescio cuius Clodi; quam 25 cum restitui iussisset † ancone cum hero † deiectam esse ex senatus consulto'. || Deicere dicitur mittere. Vergilius lib. VIII (427):

toto genitor quae plurima caelo
deicit in terras.

Lucilius lib. XXVII (XXVIII, 34):

30

has ex fenestris in caput
deiciam, qui prope ad ostium aspiraverint.

17—19 M. Tull.—asp.; 22—24 M. Tull.—el. vel mittere.

16 nequi *L*¹ *A*⁴ || -xin *B*⁴ || 18 contemnunt *Cic.* || 19 super *A*⁴ *D*⁴ || 22 ea *Mu.*: eum *docti ap. Cic.* || 25 de statua *Me.*: ad est atba (adba *L*: adab *A*⁴: adba [*Cant.*²] vel atba [*H*¹] vel abba [*G*] *B*⁴): ad statuam *C. F. Mueller.* || 26 cum *ed. princ.*: tu || Antonius, iterum *Mu.*: Anconae, comperio *O. Hirschfeld. ap. Gurlitt.*: A. cum heroe (-oo) *Gurlitt.*: fort. A., numero || delectam (1 pro j) || 27 senatu *L B*⁴: -tum *A*⁴: *corr. ed. princ.* || di. desuper m. *Mu.* || 31 vasa *Mu.* || et fenestris *L*² *A*⁴: et fenestras *L*¹ *B*⁴ || 32 deiciunt *L B*⁴.

- || Deicere, praecipitare. M. Tullius in Verrem actione
 1 I (23): 'si me aedilitate deiecissent'. — || Lucilius
 lib. XXIX (5):

detrúsus tota ví deiectusque Ítalia.

|| Deicere, avertere. M. Tullius in Philippicis (I, 1):
 'nec vero usquam *discedebam* nec a re publica deiciebam
 oculos'.

- 5 DEDUCTVM dicitur molle et suave. Vergilius Bucolicis
 (VI, 5):

pascere oportet ovis, deductum dicere carmen.

|| Deducere, vocare. M. Tullius de Republica lib. I (34):
 'quare, si placet, deduc orationem tuam de caelo ad haec
 citeriora'. || Deductum, delectatione ductum. Vergilius
 in Bucolicis (VIII, 69):

- 10 carmina vel caelo possunt deducere lunam.

Lucilius lib. XXVII (23):

illo oculi dedúcunt ipsi atque ánimum spes illúc rapit.

- || Deducere, trahere, movere. Sisenna Hist. lib. IV (97):
 'ab armis recedere, praesidia de locis deducere'. || De-
 15 ductum, deminutum, subpressum. Lucilius lib. XXX (84):

deducta tunc voce leo: cur tu ipsa venire
 non vis huc?

33—1 Deic. praec. vel avertere—dei.; 4—5 idem nec—su.;
 7—9 Ded.—cit.; 14—15 Ded.—subpressum.

33 II || 1 deiecisset Cic. || 2 det rursus: corr. ed. princ. ||
 ui deiectaque *LB^A* (= *G*): uide iactaque *AA*: corr. ed. princ. ||
 4 disc. om. (*propter homoeotel.*) || 7 evocare *AA DA*: revocare
doctus quidam in marg. ed. Iun. || 7—8 cf. 85. 18 (s. v. cituma)
fort. secludend. (cf. 'Non. Marc.' p. 69) || 8 deduce rationem
 (*Gen.*¹) vel deduc orationem (*Gen.*² *B*) *AA*: deduce r. *LB^A* ||
 9 ductum om. *AA* || 9—10 cf. 528. 5 || 11 XXVI *B^A* || 12 illo
marg. Iun.: illoc (*seq. oc*) || 13 retrahere (*praec. re*) *AA* || 16 de-
 ductat hunc *AA B^A* || tum *AA*.

|| Deducere, depravare, transvertere a recto. M. Tullius in Hortensio (70): 'habet enim ipsa certam et definitam viam, et ex ea multis vitiis et erroribus depravata deducitur'. — Vergilius Georg. lib. I (269):

rivos deducere nulla

relligio vetuit.

DEFERRE, abducere. Vergilius Aen. lib. V (730):
defer in Italiam.

|| Deferre est adferre. Vergilius Aen. lib. IV (357):

celeris mandata per auras

detulit.

|| Deferre, celatum prodere. Lucilius lib. XXIX (XXVIII, 1):
quaproppter certum est facere contra ac persequi
et nomen deferre hominis.

DESTINARE dicitur parare. || Destinare, emere.

Lucilius lib. XXIX (74):

facio.

ad lenonem venio, tribus in libertatem milibus
destiner.

DOCERE significat disciplinam vel artem quampiam
magisterio dare. Vergilius Aen. lib. V (523):

docuit || post exitus ingens.

Docere, dicere. Lucilius lib. XXIX (107):

at non sunt similes, neque dant. quid? sin dare vellent,
acciperesne? doce.

18—21 Ded.—ded.; 24 Def. abd. vel adferre; 37—38
Doc.—dare.

19 certam *D*⁴: incertam *rell.* || deinfinitam *A*⁴ || inc. nec
def. *On.*: inc. et indef. *C. F. Mueller.* || 20 et] sed *Orelli.* ||
24 VI || 25 defert: *corr. H³ E* || 29 XXVIII *B*⁴ || 30 hac: *corr.*
Ald. || 33 XXVIII *B*⁴ || 35 fort. vëno || 36 destino *Acidalius* ||
38 dare (*vel* tradere). Docere demonstrare (*vel* declarare). *Verg.*
Mu. || 3 sint d.: *corr. Mu.* || 4 acciperesne *cod. N. Fabri:* acci-
perisne *L¹ A⁴:* acceperisne *B*⁴.

- 5 DILIGERE manifestam habet significationem, ut plerumque. || Diligit, dividit. Plautus in Curculione (424): clipeatus elephantum ubi machaera diligit.

Titinius Prilia (84):

pernam totam diligit.

- 10 DEXTRVM dicitur dextrae partis. Vergilius lib. V (162): quo tantum mihi dexter abis?

|| Dextrum dicitur felix, propitium. Vergilius Aen. lib. VIII (302):

et nos et tua dexter adi pede sacra secundo;

multa similiaque multorum.

- 15 DEPRECOR, amolior, depello, propulso. M. Tullius de Republica lib. VI (2): 'non modo invidia pari non erant, sed etiam Claudii invidiam Gracchi caritas deprecabatur'. — Ennius Eretheo (128):

qui nunc aerumna mea libertatem paro,

quibus servitutem mea miseria deprecor.

- 20 DIVORTIVM et rerum omnium separatio. Cicero de Oratore lib. III (69): 'sic e communi sapientiae iugo sunt doctrinarum facta divortia'. || Divortium, flexus de via, a divertendo. Vergilius lib. IX (379):

obiciunt equites sese ad divortia nota.

10 — 12 Dex.—prop.; 20 — 29 Div.—perdiscere.

7 eligant ubi *A⁴*: eligant ubi *LB⁴* || 14 multaque similia multorum *Me.*: mollissima quam multorum *LB⁴*: *om.* *A⁴E* || 15 Depr. significationem habet manifestam. Deprecor amol. *Mu.* || 17 greci *A⁴* || erictheo *codd. Gell. VII, 16*: eripiteo *L¹A⁴*: eripite o *B⁴* || 18 qui *codd. Gell.*: cui: quis *Me.* || erumnam et a *L* || libertatem paro *Gell.*: libertate para || 19 mea miseria *Gell.*: mea miseriar *E*: meam miseria *A⁴*: meam miseriam *LB⁴* || 21 communis (comm.) *LB⁴D⁴* || sapientia *D⁴*: sapientium *codd. Cic.* || 22 sint *A⁴D⁴* || 23 — 24 cf. 458. 18.

INCIPIT PER E LITTERAM.

25

EXIGERE, vi extorquere. M. Tullius in Divinatione (30):
 'et cum esset tritici modius sestertiis duobus, pro frumento
 in modios singulos duodenos sestertios exegisse'. || Exigere,
 inquirere, verum perdiscere. Vergilius Aeneidos lib. I (309):
 quaerere constituit sociisque exacta referre.

80

|| Exigere est excludere. Plautus in Aulularia (412):
 itaque ómnis exegit foras

Terentius || in Andria (27):
 spectándae an exigéndae sint vobis pius.

1

Afranius Fratriis (165):

† retinebitur vir ut voluntate una
 probábili praegnátem quod non éxigat. †

5

Naevius Danae (9):

indigne éxigor patria innocens.

M. Tullius in Philipp. lib. II (69): 'claves ademit
 forasque exegit'. — Lucilius lib. XXVI (46):

véstimentis frigus atque horrórem exacturúm putet.

10

|| Exigere, debitum repetere. M. Tullius epistula ad
 Cassium (ad Fam. XV, xvi, 1): 'sed non urgeo: longiores

20—29 Div.—perd.; 31 Ex. excl.; 7 Nev. ind.—innocens;
 11 Ex. deb. repetere.

25 om. A^A || 27 modios: corr. B^A || sestertii D^A || 28 duo-
 denis: corr. B^A || 29 perdiscernere A^A || 29—30 (const.) cf. 273. 9 ||
 32 exigit || 1—2 cf. 402. 22 || 4 viri Both. || unica Fruter || ret.
 viri vol. unice probabili, (iamb. octon.) | pr. quo n. ex. Mu.:
 fort. ret. vir vel vol. vel causa pro. | pr. quor n. ex. || 8 in
 post. add. in L || 9 forasque om. codd. Cic. || 10 orrorem ex-
 actorem L || putat F. Dousa.

enim expectabo, vel potius exigam. quando, hercle, ego temere exigam?" || Exigere, facere, cogere. Vergilius Aeneidos lib. II (356):

15 quos improba ventris
exegit caecos rabies.

|| Exigere significat agere. Plautus Captivis (1009):

"sálve, Tyndare." — "ét tu, cuius caúsa hanc aerumnam éxigo."

Vergilius Aeneidos lib. I (74):

20 omnis ut tecum meritis pro talibus annos
exigat.

Terentius in Hecyra (490):

illíque exopto ut rélicuam vitam éxigat.

Lucilius lib. XXIX (11):

25 cúm cognoris, vítam sine cura éxigas.

|| Exigere, definire, constituere. Vergilius Aeneidos lib. IV (475):

decrevitque mori, tempus secum ipsa modumque
exigit.

|| Exactum, transcursum, praeteritum. Vergilius Georgi-
30 corum lib. III (190):

at tribus exactis ubi quarta acceperit aestas.

et eodem (139):

exactis gravidæ cum mensibus errant.

29 Ex. tr. praeteritum.

13 spectabo: *corr. E* || * * * quando *edd.* || 13—14 quando — *ex. om. codd. Cic.* || 14 cogere *secl. Mu.* || 16 exigit *LA* || 18 (erumnae *Gen., non B*) || 25 -overis *AA BA* || 26—27 (mori) *cf. 285. 22* || 31 accesserit *EB, cum parte codd. Verg.* || aetas *AA* || 32 et in eod. *BA*.

ELIDERE est secundum consuetudinem deicere. || Elidere etiam excludere significat. Vergilius lib. VIII (261): 35
elisos oculos et siccum sanguine guttur.

Plautus in Rudente (659):

iúbe oculos elídere itidem ut sépiis faciúnt coqui.

Lucilius Satyrarum lib. II (9):

iniuriatum hunc in fauces invasse animamque 40
elisse illi.

|| Elidere, suffocare vel occidere. Vergilius lib. VIII (289):
geminasque premens || eliserit angues. 1

EXANCLARE significat exaurire. Plautus [in] Sticho (272):
ne iste édepol vinum póculo pausíllulo
saepe éxanclavit súbmerum scitíssime.

|| Exanclari, perfici. Pacuvius Periboea (290): 5
nón potest, Melaníppe, hic sine tua ópera exanclarí labos.

|| Exanclare etiam significat perpeti. Ennius Andromacha
Aechmaloto (90):

quantís cum aerumnis illum exanclaví diem!

Accius Diomede (270):

fere exanclávimus 10
tyránni saevum ingénium atque execrábile.

34—35 El.—sign.; 42—1 El.—ang.; 2 Ex. s. ex.; 5—7
Ex.—perpeti.

34 sqq. *iunxerunt cum 292. 34 sqq. Laetus, Quich.* || 36 el.
oc. elidere et A⁴ || 38 iubeo B⁴ || idem (*cum codd. Pl.*) || saepius
(*cum parte codd. Pl.*) || faciunt ut c. A⁴ L² || 41 elisisse L B⁴ ||
1 geminosque *codd. Verg.* || 2 in *om.* L¹ || 3 poc. plautus illulo
L¹ A⁴: poc. exanclavit plautus in poenulo B⁴ || 4 summerum
A⁴: merum L B⁴ || 6 melanipse A⁴ || ex. clavos: *corr. Lips.* ||
7—8 andromache malo torquantis (torquentis L B⁴): Andro-
macha aechmalotide q. *Mu.* || 9 ex. eum d. A⁴ L² || 12 tyrannis
eum: *corr. ed. a. 1476* || execrabilem: *corr. ed. princ.*

idem Amphitruone (91):

pértolerarem vítam cladesque éxanclarem inpétibilis.

15 Lucilius lib. XXX (8):

quantas quoque modo aerumnas quantosque labores
exanclaris.

|| Exanclare, effundere. Ennius Eumenidibus (134):

nísi patrem matérno sanguine éxanclando ulcíscerem.

20 ELIMINARI est exire. Ennius Medea Exule (214):

antíqua erilis fída custos córporis,
quid síc te extra aedis éxanimata elíminas?

Accius Phoenissis (592):

égredere, exi, ecfér te, elímina urbe.

25 idem Meleagro (448):

timide elíminor
clámore simul átque nota vóx ad auris áccidit.

Varro Serrano, *περὶ ἀρχαίρεσιων* (459): 'occipitium
arivo † deo ostendo, ex oraclo elimino me'.

30 || Eliminare rursum excludere. Pacuvius Duloreste (134):

ubi ille ést? me miseram! quónam clam se elíminat?

16—20 Luc. quant.—ex.; 30 El. r. excludere.

14 pertolleralem (-ole-) *AA* || inpetibilis *L*¹ (*cum E*): in-
peritibilis (imp.) *AA BA* || 20 Eliminare: (*corr. H*) || 20—22 *cf.*
39. 2 || 21 edilis *codd. h. l.* || 22 sit extra *codd. utrobique* ||
examinata *codd. utrobique*: -te *L*¹ || eliminat *codd. h. l.*: -na
codd. 39 || 24 efecte *AA* || 25—27 *cf. 39. 5* || 26 timidæ el.
AA: timide el. *LB*⁴: timida el. *Ribb.* || 27 cum cl. *Both.* ||
ac nota *codd. 39*: agnota || accivit *codd. h. l.* || 29 marino d.
Quich.: averso d. *On.*: tripodi *Bue.* || 30—31 *cf. 38. 29* || 31 ubi
illic est m. m. quonam clam clam el. (*vers. tetram.*) *codd. 38*
(clanculum se el. *Bergk.*) || quoniam clamor el. *codd. h. l.*

Pomponius Concha (33):

vós isti manéte: eliminábo extra aedis cóniugem.

ELIDERE, conlidere. Vergilius Aeneidos lib. III (567):
ter spumam elisam et rorantia vidimus astra. 35

Cicero Tusculanarum lib. V (16): 'qui rebus his fractus aegritudine eliditur, potest tandem esse non miser?'

|| Elidere, deicere. M. Tullius de Republica lib. II (68): 'ut auriga indoctus e curru trahitur, opteritur, laniatur, eliditur'. ||

EVADERE, exire, tendere. Terentius Phormione (111): 1
scín quam? quo evadát vide.

Lucilius lib. XXVII (XXVI, 7):

évadat saltem áliquid aliqua, quód conatus súm . .

Plautus in Asinaria (51):

demíror quíd sit ét quo evadat sum ín metu. 5

|| Evadere, fieri, produci. M. Tullius Philippicarum lib. II (18): 'an verebare ne non putaremus natura te potuisse [non] inprobum evadere?' || Evadere est liberari. Sallustius [in] Iugurtae bello (56, 6): 'ac ni Marius 10 signa inferre atque evadere oppido properavisset, profecto cuncti aut magna pars Sicensium fidem mutavissent.'

33 Pomp. el.—coni.; 9—11 Ev.—proptervaluisset.

32—33 cf. 38. 31 || 33 isti *AA*: istic *rell.*, cum *codd.* 39 || manet el. *codd.* utrobique || 34 sqq. *iunxerunt cum* 291. 34 sqq. *Laetus, Quich.* || 37 non miserrimus *codd.* *Cic.*: non miser (*sic*) *AA* (= *Gen.*) (*i. e.* miserrimus?) || 39 opperitur (*oper.*): *corr.* *Bindand., Ruhnken.* || 2 sic inquam || evadit *LB^A* (*cum B*) || 3 XXVI *LB^A* || 4 aliquo *Mu.* || 7 praeduci: *corr.* *Quich.* || 8 ne *om.* *AA* || 9 non *del. ed. princ.*: tam *Cic.* || liberare *L* || 9—22 *post v. 51: huc traiec. ed. princ.* || 10 in *om.* *EB* || 11 properavisset *B^A* (*cum E*): propter valuisset *LA^A D^A* || 12 vitavissent *AA*.

Vergilius lib. IX (560):

nostrasne evadere demens
sperasti te posse manus?

15 Lucilius lib. XXVI (87):

idcirco omnes évasuros cénset aegritúdinem.

Sisenna Historiarum lib. IV (87): 'cohors una cursim concitata, qua murus erat interruptus, evadit'. || Evadere, ascendere. Vergilius Aeneidos lib. II (458):

20 evado ad summi fastigia culminis.

|| Evadere, apparere. Vergilius Aeneidos lib. II (531):
ut tandem ante oculos evasit et ora parentum.

EXCIPERE est seiungere, separare. Vergilius lib. IX (270):

ipsum illum, clipeum cristasque rubentis
25 excipiam sorti.

|| Excipere, excusare vel celare. Plautus [in] Aulularia (774):

nec partém tibi
ádeo, cuiumst, indipisces néque furem excipiés? . .

|| Excipere est suscipere. Vergilius Aeneidos lib. III (317):
30 heu! quis te casus deiectam coniuge tanto
excipit?

18—19 Ev. ascendere; 22—23 Virg. ut—separare; 24—25 Virg. clip.—exc.; 29 Exc. e. suscipere.

16 omnem se *Mu.*: omnes se *Quich.* || evasuros *ed. princ.*: cursuros || 17 cohors una *ed. a. 1476*: cohorima || 17—18 possim concitata: *corr. On.*: passim c. *Iun. marg.*: passu concitato *P. Marquard. dissert. de Aristoxeno thesi V, Mu.* || 18 qua murus *Ald.*: quam murus *B⁴* (= *H² Cant.²*): quamunus *rell.* || 20—21 *om. A⁴* || 21 III *L* || 26—28 *cf. 129. 1* || 26 in *om. LH²* || 28 ab eo *codd. Pl.* || cuius *A⁴*: cuivis *LB⁴*: cui sit *codd. 129*: cuiquam est *codd. Pl.*: *corr. Mu.* || indipiscis *codd. h. l.* || excipias *codd. h. l.*

M. Tullius in Verrem, de suppliciis (II, v, 118):
 'filiorum suorum postremum spiritum ore excipere liceret'.
 || Excipit, obprimit vel circumvenit. Vergilius Aeneïdos
 lib. III (331):

et scelerum furiis agitatus Orestes 35
 excipit incautum.

M. Tullius ad Pompeium lib. IV (ad Att. VIII, xi, D, 2):
 'quod si esset, non modo iter meum interclusum, sed me
 ipsum plane exceptum putabam'. — et rursum (*ib.* 3):
 'admoniti sumus ut caveremus ne exciperemur a Caesare'. 40
 || Excipere rursum extrahere. M. Tullius de Republica
 lib. IV (8): 'quod insepultos reliquissent eos, quos e
 mari propter vim tempestatis excipere non potuissent,
 innocentes necaverint'. Vergilius in Bucolicis (III, 17):

non ego te vidi Damonis, pessime, caprum
 excipere insidiis? 45

|| Excipere, manere, habere. Vergilius Georg. lib. IV (206):

ergo ipsas quamvis angusti terminus aevi
 excipiat.

|| Excipere, captare. Cicero de Oratore lib. II (32):
 'quaedam dari exacuta ad pertractandos animos hominum 50
 et ad excipiendas eorum voluntates'. ||

34—36 Exc.—inc.; 39—41 M. Tull. et r.—Exc. extrahere;
 44—45 Virg. non—insidiis; 49—51 Exc.—voluntates.

33 suorum *om.* A⁴ || 38 si ita esset *Cic.*: si est || non
 nomo A⁴ (*non B*) || interusum A⁴ || me *Cic.* (*cum B*): ne *rell.* ||
 39 putabat || et *om.* L¹ || 42 III A⁴ || quod *Me.*: quos || requis-
 sent: *corr.* B⁴ || 43 innotescentes A⁴ || necaverunt *cod. N. Fabri* ||
 43 (*Verg.*)—45 (*ins.*) post 40 (*Caes.*) colloc. *Quich.* || 46 aen.
 lib. III || 50 d. ex hac vita B⁴: clara et acuta D⁴: d. per-
 acuta *codd.* *Cic.*: d. et ea acuta *Mu.* || 51 explendas *codd.* *Cic.* ||
 post h. versum stant vv. 9—22.

- 1 EXPLORARE est intentius observare. Vergilius Aen. lib. IX (169):

nec non trepidi formidine portas
explorant.

- M. Tullius de Officiis lib. III (75): 'hac vi non
5 utatur, ne si exploratum quidem habeat, id omnino
neminem umquam suspicaturum'. || Explorare, verum
inquirere. Vergilius Aeneidos lib. I (306):

exire locosque
explorare novos.

- || Explorare, probare. M. Tullius in Verrem actione II
10 (1, 15): 'tum in reliquis explorata atque provisa'.

Lucilius lib. XXIX (63):

certum scio
esse ita ut dicis; nam mihi erant de illo explorata omnia.

- M. Tullius de Senectute (67): 'quis est tam stultus,
quamvis adulescens, cui sit exploratum se ad vesperum
15 esse victurum? || Explorare, siccare. Vergilius Georgi-
corum lib. I (175):

et suspensa focis explorat robora fumus.

EXERCERE, fatigare. Terentius in Adelphis (587):

i sane: ego te exercebo hodie ut dignus es, silicernium.

- || Exercere est exagitare vel commovere. M. Tullius de
20 Officiis lib. I (88): 'exercenda etiam est facilitas et
altitudo animi'. Vergilius Aeneidos lib. III (182):

- 1 nate || Iliacis exercite fatis.

1 Expl.—obs.; 4—6 M. Tull. hac—inquir.; 11—16 vel
probare. Lucil. cert.—fumus; 19—21 Exerc.—animi.

1—16 fort. post 295. 15 collocand. (cf. 'Non. Marc.' p. 69) ||
4—5 non mutatur || 5 nisi B^A || 6—8 cf. 440. 22 || 10 provisa
est codd. Cic. || 13 qui est A^A || 14 quamvis sit ad. codd. Cic. ||
18 hi sane L B^A: hi rane A^A || 21—1 cf. 6. 10 || 21 V B^A
(i. e. V, 725) || 1 factis L A^A.

|| Exercere, insequi. Vergilius Aeneidos lib. IV (622):

tum vos, o Tyrii, stirpem et genus omne futurum
exercete odiis.

|| Exercere, solidare. Sallustius in Iugurthae bello (71, 1): 5

'Nabdalsa exercito corpore'. — Cicero Tusc. (V, 3):

'equidem eos casus, in quibus me fortuna vehementer

exercuit'. || Exercere, inmittere. Vergilius Georgicorum

lib. II (369):

tunc denique dura

exerce imperia et ramos conpescce fluentis.

10

Plautus in Amphitryone (324):

si in me exercituru's, quaeso in parietem, prius domes.

|| Exercere, in meliorem usum et fructum formare.

Vergilius Georgicorum lib. I (99):

exercetque frequens tellurem atque inperat arvis.

15

EQVITEM cum consuetudine aut a magistro equorum
aut a sessore appellemus, ut Vergilius lib. IX (367):

interea praemissi equites ex urbe Latina;

et lib. X (893):

effusumque equitem super ipse secutus;

20

|| Equitem Vergilius Georgicorum lib. III (116) equum
dici voluit:

inpositi dorso atque equitem docuere sub armis

insultare solo et gressus glomerare superbos.

5 Exerc. sol.; 7—8 Cic. equid.—exerc.; 13—15 Exerc.—arvis.

5—6 cf. 6. 1 || 6 lib. V add. Mu. || 7 meos: (corr. Cant.) ||
8 Ex. imercere A⁴: Ex. (om. im., relicto spatio decem fere
litterarum) L: Ex. imperare, imponere B⁴: Ex. inponere, in-
mittere Mu. || 8—10 cf. 303. 29 || 12 si in me om. A⁴ || ut
primum d. codd. Pl.: prius ut d. Mu. || 15 inpetrat L¹ A⁴ ||
16—17 aut magistrum e. aut sessorem Mu. || 17 IIII (VII B²) ||
21 Equites: (corr. Gen.² B) || equos L B⁴ || 21—23 cf. 106. 24;
330. 18; 391. 10.

EXTERRITVM pavefactum significat. Vergilius lib.V(215):

25 plausumque exterrita pinnis
dat tecto ingentem.

Varro Eumenidibus (117):

videmus populum, Fúriis instinctum tribus,
diversum ferri, exterritum formidine.

30 || Exterritum, accensum, inflammatum. Vergilius Georgi-
corum lib. III (434):

saevit agris asperque siti atque exterritus aestu.

EXPERIRI est pati, sentire. Vergilius Aen. lib. I (201):

 vos et Cyclopea saxa
35 experti.

et Terentius in Hecyra (489):

nam fuisse erga me miro ingenio expertu' sum. ||

1 || Experiri, temptare. Vergilius Aeneidos lib. IV (415):
nequid inexpertum frustra moritura relinquat.

Terentius in Eunuchio (789):

omnia prius experiri quam armis sapientem decet.

5 Lucilius lib. XXX (14):

summatim tamen experiar rescribere paucis.

Plautus in Asinaria (247):

dignos indignos adire atque experiri certum est mihi.

24 Exterr. pav. sign.; 30—35 Exterr.—expert; 1 Exp.
temp.; 4 Ter. om.—decet.

27—28 cf. 434. 19 || 30—32 cf. 244. 6 || 36 et om. ed. princ. ||
37 fuisse fuisse A⁴ (non B) || ergo L¹A⁴ || ingento A⁴ ||
3—4 cf. 349. 29 || 6 experiare scribere A⁴; experire scr. L:
experiar rescribere B⁴ (cum E) || 8 indignos om. || experi Skutsch.

|| Experiri, scire. M. Tullius Epistularum ad Brutum lib. VII (2): 'his contraria atque parata, ut esse solet, 10 expertus sum'. — Vergilius lib. XI (283):

experto credite, quantus
in clypeum insurgat.

EXIRE manifestam habet significationem; ut Terentius in Eunucho (668): 15

exi foras, scoléste! at etiam réstitas,
fugítive?

|| Exire, evadere, liberari. Lucilius lib. XXVIII (36):
ne hoc fáciat atque ex hác is aerumna éxeat.

|| Exire, vitare. Vergilius lib. V (438): 20
corpore tela modo atque oculis vigilantibus exit.

|| Exire, erumpere. Vergilius Aeneidos lib. II (496):
non sic aggeribus ruptis cum spumeus amnis
exit.

|| Exire, prohibere. Vergilius lib. XI (750): 25
sustinet a iugulo dextram et vim viribus exit.

EXPEDIRE, utile esse. Terentius Heautontimorumenos (388):

éxpedit bonas ésse vobis; nós quibu'cum est res nón sinunt.

Lucilius lib. XXVII (22):

égo enim an perficiam út me amare expédiam? 30

9—11 Exp.—sum; 18 Exire ev. lib.; 23—24 erumpere.
non—exit; 27 Exp. ut. esse.

10 a. disparata Orelli. || solet DA: soleat rel. || 12 quaintus L¹ (pro quamtus): quiantus AA || 13 adsurgat (ass.) codd. Verg. || 19 utque (?) Mu. || is er. exeat Mu.: er. exeatis || 28 nam exp. Ter. || nos] nobis || 29—30 post v. 38 (liberari) collocat Mu., qui legit a perf. ut me amore expediam || 30 perficiam Madv., Adv. I, 18: pereiciam (peritiam E) || expediam: corr. ed. princ.

M. Tullius de Officiis lib. II (68): 'saepe enim aut eos laedunt quos non debent aut eos quos non expedit'.
 || Expedire est definire. Vergilius Aeneidos lib. III (378):
 et Ausonio possis considerare portu,
 35 expeditiam dictis.

Terentius in Phormione (197):
 atque ea, sí potes, verbo expedi.
 || Expediri, liberari. Vergilius Aeneidos lib. II (632):
 flammam inter et hostis
 40 expeditor.

Terentius Hecyra (755):
 téque hoc crimine expedi.
 M. Tullius in Verrem, actione II (II, 106): 'videte ut, dum expedire se vult, induat'. Sisenna Historiarum
 1 lib. IV (84): || 'funis expediunt, claustra foribus inposita periclitantur'. || Expedire, proferre. Vergilius Aeneidos lib. I (701):
 Cereremque canistris
 expediunt.

5 M. Tullius de suppliciis, in Verrem (II, v, 161): 'hominem proripi atque in foro medio nudari ac deligari et virgas expediri iubet'. || Expedire, colligere. M. Tullius ad Caesarem iuniorem lib. I (fr. 8): 'ex ceteris autem generibus tunc pecunia expeditur, cum legionibus victricibus erunt quae spondimus persolvenda'.

31—32 M. Tull. saepe—exp.; 37 Exp. lib.; 42—44 Ter. teque—induat; 2—4 Exp.—exp.; 7—13 Exp.—tulimus.

32 debeant: (corr. Oxon.) || 33 IIII || 34 ut Aus. (?) Mu. || 37 id Ter. || potest L¹ || 38 Expedire: (corr. B) || 39 inter op. A⁴ || 43 add. Quich. || 44 se] si D⁴ || 44—2 Sisennae exemplum sequenti lemmati subiung. Quich., Mu. || 1 floribus A⁴ || 5 i. V. d. s. ed. princ. || 7 expediri L B⁴ (= G): -re A⁴ || 7—9 post 298. 20; huc traiec. Iwn. || 8 experietur D⁴.

ENIXA dicitur partu levata. Vergilius Aeneidos lib. 10
III (391):

triginta capitum fetus enixa iacebit.

|| Enixa, subiugata. Vergilius Aeneidos lib. III (327):
servitio enixae tulimus.

EFFERRE, subdere. Lucilius lib. XXVI (38):

dépugnabunt pró te ipsi et moriéntur ac se ultro éfferent? 15

|| Efferre significat proferre. Vergilius (Aen. V, 424):
tunc satus Anchisa caestus pater extulit aequos.

et lib. II (657):

mene efferre pedem, genitor?

Lucilius lib. XXVI (5):

20

égo ubi quem ex praecórdiis
écfero versúm.

Ennius Medea (241):

utinám ne umquam, Medé, cordis †
cupidó corde pedem extétulisses!

25

|| Ecferre, ostendere. Vergilius lib. VIII (1):
ut belli signum Laurenti Turnus ab arce
extulit.

|| Ecferre, erigere, levare. Vergilius lib. V (443):
ostendit dextram insurgens Entellus et alte
extulit.

30

7—13 Exp.—tul.; 16 Eff. s. prof.; 26—28 Eff.—extulit.

12—13 cf. 458. 29; 407. 16; 405. 24 || 13 enixi *DA* || 15 de-
pugnabant *L* || efferrent *L*: offerrent *Passerat.* || 19 mane *LA* ||
24 M. Colchis *Lips.*; Medea foras *On.*: fort. Mede portis ||
25 extulisses: corr. *Bue.*

Lucilius lib. XXX (73):

continuo, simul ac paulo vehementius aura
inflarit fluctus, erexerit extuleritque.

35 || Extollere, differre. Caecilius Plocio (179):

ábi intro atque istaéc aufer; tamen hódie extollat núptias.

|| Ecferre, edere, provehere. Vergilius Georgicorum
lib. II (169):

extulit haec Decios, Marios.

Lucilius lib. XXVI (79):

40 nón idcirco extóllitur *nec* vítae vegrandí datur.

M. Tullius in Hortensio (21): 'praeter ceteros
1 nostra || extulit civitas'. || Efferre, extollere. M. Tullius
de signis (in Verr. II, iv, 124): 'nimium forsitan haec
illi mirentur atque ecferant'. — Lucilius lib. XXIX (89):

5 ómnia alia, in quíbus ecferimur rébus, ne ego multís loquar.

M. Tullius de Officiis lib. II (36): 'itaque eos viros
suspiciunt maximisque ecferunt laudibus'.

EXPLERE dicitur implere. Lucretius lib. III (1004):
atque explere bonis rebus satiareque numquam.

10 Vergilius Georgicorum lib. III (431):

inprobus ingluviem ranisque loquacibus explet.

|| Explere, minuere. Vergilius lib. VI (545):

discedam, explebo numerum reddarque tenebris.

37 Extollere edere prov.; 2—3 M. Tull. nim.—efferant.

34 fructus (*Gen.*) vel fl- (*B*) *A*⁴ || erexit: *corr. ed. a. 1471* ||
36 aufert tamen h.: adfer tamen, ut h. *Mu.* || 37 Ecferre (*Eff.*)
*L. A*⁴ *B*⁴: Extollere *D*⁴ || 39—40 *cf. 183. 31* (*s. v. vegrande*) ||
40 ext. velite v. (*om. nec*) *codd. h. l.* || vel grandi *B*⁴ || 7 susci-
piunt || 8—9 *cf. 424. 28* || 10—11 *cf. 242. 26; 327. 10* || 11 in-
gluviem: (*corr. B*) || ramisque (*Gen.*) vel ran- (*B*) *A*⁴ || 13—14 *om. A*⁴.

EDVCERE, erigere. Vergilius lib. VI (177):

aramque sepulchri
congerere arboribus caeloque educere certant. 15

|| Educere dicitur exuere. Vergilius lib. X (744):

hoc dicens eduxit corpore telum.

|| Educere, educare. Terentius in Adelphis (48):

edúxi a parvulo; hábui, amavi pró meo. 20

EXCVTERE dicitur commovere. Vergilius lib. XII (6):

gaudetque comantis

excutiens cervice toros.

M. Tullius de Officiis lib. III (81): 'explica atque
excute intellegentiam tuam'. || Excutere, emittere. 25
Vergilius lib. XI (615):

excussus Aconteus

fulminis in morem.

|| Excutere, excludere, deicere. Vergilius Aeneidos
lib. III (200):

excutimur cursu et caecis erramus in undis.

et lib. IX (476):

30

excussi manibus radii revolutaque pensa.

Lucilius lib. XXX (51):

ipso cum domino calce omnis excutiamus.

|| Excutere, eligere. M. Tullius || Philippicarum lib. 1
XII (16): 'iuventutem omnem ex tota Italia excussimus'.

17—21 Educ.—comm.; 24—25 M. Tull. expl.—tuam;
28—29 Exc.—undis; 1—3 Exc.—ostendere.

14 Edicere *L* || 19 Ed. ducare *L*; Ed. educare, ducare *A*⁴ ||
20 post *h. vers. stant* 297. 7—9 || 24—25 cf. 300. 2 || 24 II
codd. h. l. || 25 mittere *A*⁴ || 27 fluminis *A*⁴ || 28 III: (*corr. B*) ||
31 redire volutae *L*.

EXPONERE, ostendere. M. Tullius, de signis (in Verr. II, iv, 62): 'vocat ad cenam deinde ipse praetorem; 5 exponit suas copias omnis'. || Exponere est deponere.

Vergilius lib. X (287):

socios de puppibus altis
pontibus exponit.

|| Exponere, disserere. M. Tullius Philippicarum lib. I (1): 'exponam vobis breviter consilium profectionis et regres- 10 sionis meae'. || Exponere, abicere. Terentius Heautontimorumenos (629):

... erat hic Corinthia ánus haut impura; ei dedi
éxponendam.

|| Expositum, subiectum. M. Tullius in Verrem actione II (I, 93): 'cum tibi exposita esset ad praedandum omnis Pamphylia'.

15 EXORNARE, foedare. Terentius Heautontimorumenos (950):

égone? si vivo, ádeo exornatúm dabo,
ádeo depexum, út, dum vivat, méminerit sempér mei.

|| Exornare, ornare. M. Tullius in Verrem, de signis (II, iv, 62): 'exornat ample magnificeque triclinium'.

Terentius in Eunuchos (682):

20 ita vísus est
dudúm, quia varia veste exornatús fuit.

Cicero de Oratore lib. I (215): 'qui omnes eloquentes fuerunt, orationem suam et rei publicae dignitatem exornabant'.

1—3 Exc.—ost.; 5—10 Exp. est dep.—abicere; 15—18 Exorn.—ornare; 20—25 Ter. ita—explicare.

3 Tullius *om. LA* || 4 genam *AA* || 5 XI *LB* (*non E*) || 8 edisserere *Mu.* || 8—9 *cf. 222. 13* || 11 corintianus || aut *LB* (= *G*) || impure dedi ei *E*: impure de die *LA*: impure dedi *B* || 14 esset *om. AA* || *omn. ad pr. codd. Cic.* || 15—17 *cf. 7. 20* || 18 ornat: (*corr. B*) || 23 f. et rationem *B* || exornabat *DA*.

EXPLICARE, ostendere, explanare. M. Tullius in Verrem Actione (Div. 27): 'vitam alterius totam explicare'. — 25
idem de Officiis lib. III (33): 'ut quaedam sibi concedantur, quo facilius, quae volunt, explicant'. || Explicare, emittere, extendere. Vergilius Georg. lib. II (335):
sed trudit gemmas et frondis explicat omnis.

M. Tullius de Republica lib. II (11): 'quae virtus 30
praeter ceteras totam se ad alienas utilitatis porrigit atque explicat'. — Varro Sesqueulixe (465):

viás stelligeras aëtheris
explicans aeré cavo sonitum hic ín || cothurnis . . . 1

|| Explicare, exserere. M. Tullius de Officiis lib. III (81):
'explica atque excute intellegentiam tuam, ut videas quae sit in ea species, forma, notio viri boni'.

EXVI est exsolvi. Vergilius Aen. lib. II (153): 5
sustulit exutas vinclis ad sidera palmas.

|| Exui, nudari. Vergilius lib. V (422):

magna ossa lacertosque
exuit.

|| Exuere, deponere. Vergilius Aen. lib. IV (318): 10
et siquis precibus locus, exue mentem.

|| Exui, liberari. Lucilius lib. XXIX (90):

únde domum vix rédeat, vixque hoc éxuat se.

20—25 Ter. ita—explic.; 27—29 Expl.—omn.; 5 Exui
e. exs.; 10—12 nudari vel dep. Virg. et si—liberari.

26 idem om. *L*¹ *AA* || 30 III *Maius* || 33 vice stelligerei *Mu.* ||
2—3 cf. 298. 24 || 3 explicatque *L*¹ *AA* || 4 eas sp. *BA* || forma
et n. *codd.* Cic.: firma n. || 5—13 fort. post 20 collocand. (cf.
'Non. Marc.' p. 70) || 5—6 cf. 404. 24.

EXCIDERE, cadere. M. Tullius Philippicis lib. XII (8):
 15 'excident gladii, fluent arma de manibus'. || Excidere,
 in oblivionem venire. Vergilius Aen. lib. I (25):

necdum etiam causae irarum saevique dolores
 exciderant animo.

|| Excidere, dissentire. Lucilius lib. XXVII (50):
 20 metuo ut fieri possit. ego vivo † ab Archilocho excido.

EIECTVM dictum exclusum. Vergilius lib. VIII (646):
 nec non Tarquinius eiectum Porsenna iubebat
 accipere.

Lucilius lib. XXIX (105):

25 ubi erat κοπιῶσα,
 eiecere istum abs te quamprimum et perdere amorem.

|| Eiectum, extensum. Vergilius lib. X (894):
 eiectoque incumbit cernuus armo.

EXVLTARE, saevire. M. Tullius de Republica lib. II (68):
 30 'quae sanguine alitur, quae in omni crudelitate sic exultat,
 ut vix hominum acerbis funeribus satietur'. || Exultare
 est gestu vel dictu iniuriam facere. Lucilius lib. XXX (75):
 quin totum purges, devellas me atque deuras,
 exultes, [ad]equites.

15—16 (p. 301) Excid. est in o. ven.; 17—19 (p. 301) Virg.
 saevique—diss.; 29—31 Exult.—satietur.

14 cedere *LB*⁴ || II || 15 excidit *A*⁴: -dant *B*⁴ || clodi
 fluenta a. || 15 (Exc.)—18 repet. post 301.13 (*del. ed. princ.*);
ibidem subiecti vv. 19—20, quos huc traiecit Quich. || 15—16 Exc.
 est in *codd.* 301 || 16 venire *om. A*⁴ *h. l.* || 20 ergo quo ab *LB*⁴:
 ego quom v. ab *Mu.*: fort. ego vero (ūo) ab || excidere *A*⁴ ||
 21 dic.] deiectum *Francken.* || 25 ibi: (*corr. G*) || erit (?) *Mu.* ||
κοπιῶσα Mu.: scopios *LB*⁴: scopiose *A*⁴: speciosa (-se) *On.* ||
 ibi erat σκοπός (*anapaest.*) *Havet in comm. Woelffl.* || 26 eicere
*A*⁴ || prodere *Mu.* || 27—28 cf. 21.3 || 30 inmani *Mu.* || 33 delevas
 (*deb. G*¹, *dep. B*): *corr. Quich., Mu.* || 34 adequites *E mg.*,
*Gen.*³ *mg.* (*ad soll.*): *om. rell.* || 34—35 exultes si sollicites *Quich.*

|| *Exultans*, sollicitus. Vergilius lib. V (137): 35

exultantiaque aurit
corda pavor pulsans.

|| *Exultare*, gloriari cum iactantia. Vergilius Aeneidos lib. XI (648):

exultat Amazon.

M. Tullius in Hortensio (72): 'inbecillis autem est 40 pudoris magister timor; qui || si quando paululum aber- 1 ravit, statim spe impunitatis exultat'. — et de Senectute (10): 'et Hannibalem iuveniliter exultantem patientia sua mollebat'. || *Exultare*, supra modum exilire et efferri. M. Tullius de Republica (III, inc. 1): 'est igitur 5 quiddam turbulentum in hominibus singulis, quod vel exultat voluptate vel molestia frangitur'.

ELIGERE significationem habet apertam. || *Eligere*, defetigare. Lucilius lib. XXIX (XXVIII, 17):

corrumpat prorsum ac nervos omnis éligat.

EXCLVDERE dicitur eicere. Terentius in Eunucho (49): 10 exclusit. revocat. rédeam?

|| *Excludere*, liberare. Lucilius lib. XXVII (49):

.. primum quâ virtute sêrvitute exclúserit.

EXPECTARE dicitur manere, observare. Terentius in Andria (34):

expecto, quid velis.

15

38—39 *Exult.* est gloriari—Amazon; 3—6 M. Tull. et Ann.—frangitur; 14—16 *Exp.*—sperare.

35 *Ex. soll. scripsi*: sollicites (*post. add. L*¹) || 36—37 *cf. 319. 23* || 38 X || 2—3 *cf. 347. 16* || 2 *exultatem (Gen.) vel -tantem (B) A*⁴ || 4 *et del. (?) Mu.* || 8—9 *cf. 278. 11* || 9 *prorsus* || *ad codd. h. l.: del. (?) Mu.* || 13 *quia (qui a) L* || (*virtutem B*) || *post h. versum stant 300. 15 (Exc.) sqq.* || 15 *exp. quid expectare velis D*⁴ (*non Bern. 347*).

301. 302 M.

|| Expectare, sperare. M. Tullius de Officiis lib. II (53):
 'est enim deterior qui accipit atque etiam ad id semper
 expectandum paratior'. — Vergilius Georg. lib. I (225):

sed illos

20 expectata seges vanis elusit aristis.

EXPETERE est adposcere. || Expetere, accidere. Plautus
 Amphitryone (174):

ergo in sêrvitûte éxpetúnt mûlta iníquâ.

|| Expetere, transferri, evadere. (ib. 495):

25 suâmq; ut culpam expêtere in mortalem út sinat.

INCIPIIT PER F LITTERAM.

FELIX dicitur fortunatus, beatus. Vergilius Aen. lib.
 III (321):

o felix una ante alias Priameia virgo! ||

1 || Felix, propitius. Aen. lib. I (329):

an Phoebi soror an nympharum sanguinis una?
 sis felix!

|| Felix, fructuosus, ferax. Georg. lib. II (81):

5 exilit ad caelum ramis felicibus arbos.

14—16 Exp.—sper.; 19—20 Virg. sed—aristis; 27—28
 Fel.—alias; 4—5 Fel.—arbos.

17 fit enim Cic. || quia acc. A⁴ || id quod s. A⁴ L² (non E):
 idem s. codd. Cic. || 18 spectandum B⁴ || 18—20 cf. 416. 24 ||
 21 Expectare: (corr. H² marg.): -pecta- etiam vv. 21, 24 ||
 Expetere, petere. Expetere est adeo p. * * * Mu. || adposcere
 ut vid. A⁴ (Gen.¹; adp. B): adeo poscere L B⁴ || accipere:
 corr. Passerat., Me. || 24 transferre: corr. Quich. || fort. evadere.
 item || 25 sua si quid culpa || in om. || 1 proptius ut vid.
 Gen.¹ || uirg. aen. B⁴ || 4—5 cf. 339. 20 || 4 uerg. lib. I L A⁴:
 georg. lib. II B⁴ || 5 exit (-iit) codd. 339.

Varro de Vita Populi Romani lib. II: 'contra a novo marito cum item e foco in titione ex felici arbore et in aquali aqua allata esset'.

FASTIGIVM, ima altitudo. Vergilius Georg. lib. II (288): 10
forsitan et scrobibus quae sint fastigia quaeras.

Varro de Re Rustica lib. I (14, 2): 'aquam quae e caelo venit, recipere potest aut fastigium habet, ut exeat fundo aggeris'.

FERRE, ostentare. Vergilius lib. XI (779): 15

captivo sive ut se ferret in auro
venatrix.

|| Ferre consuetudine portare dicimus. Vergilius lib. V (263)
vix illam famuli Phegeus Sagarisque ferebant.

|| Ferre, habere. Vergilius lib. V (537): 20

in magno munere Cisseus
ferre sui dederat monumentum et pignus amoris.

M. Tullius de Officiis lib. III (74): 'sed cum Basilus M. Satrium, sororis filium, nomen suum ferre voluisset'. || Ferre, pati. Vergilius Aeneidos lib. II (144): 25
miserere animi non digna ferentis.

Lucilius lib. XXVII (10):

ceterum quidquid sit, quid non sit, ferre aequo animo
ac fortiter.

10—11 Fast.—quaeras; 18 Ferre—dic.; 25 Ferre pati;
28 Lucil. ceterum—animo.

6—8 cf. 182. 19 (s. v. titionem) || 6 a om. codd. h. l. (praec. a) || 7 f. initione (mit. A⁴) codd. h. l. || 7—8 et inaequali codd. h. l.: etiam qualis codd. 182: corr. Iun. || 10 ima a. L¹B⁴: item a. A⁴L²: a. (om. i.) D⁴ || Fast., summa a. Fast. item ima a. Quick. || 10—11 cf. 463. 29 || 13 e om. L A⁴ || 14 ex. e fundo. agger is Varr. || 18—19 cf. 421. 1 || 19 Sag.] famulisque: (corr. E B) || 23—24 suppl. Me. (fil.—vol. om. E) || 24 ad fil. B⁴ || sum L (cum G) || 28 quid sit, quid non sit Mu.: quidquid sit, non sit On. || quasi non D⁴ || fere L¹B⁴ (ferre Cant.²): fero A⁴L².

Varro Proelio Caprino, *περὶ ἡδονῆς* (73): 'non
30 posse se amplius perferre. tamen suadet, nutat'.

Terentius Heautontimorumenos (202):

... nam quem férret, si paréntem non ferrét suum?

|| Ferre, conserere. Vergilius lib. V (402):

quibus acer Eryx in proelia suetus
ferre manum.

35 || Ferre, disturbare. Vergilius Aen. lib. I (59):

quippe ferant rapidi secum verrantque per auras.

et lib. II (374):

alii rapiunt incensa feruntque
Pergama.

1 || Ferre, dicere, nominare. || Vergilius Aen. lib. II (229):

et scelus expendisse merentem
Laucoonta ferunt.

et lib. VII (208):

5 quae nunc Samothracia fertur.

|| Ferre, dare, exhibere. Vergilius Aen. lib. III (19):

sacra Dioneae matri divisque ferebam.

|| Ferre, pati. Cicero in Verrem, de praetura Siciliensi
(II, II, 83): 'prout Thermitani hominis facultates fere-
10 bant'. — et de Oratore lib. III (170): 'si aut vetus-

32—34 Ferre—man.; 6 Ferre d. exhibere.

29 Varro *A⁴* (*cum E*): animo *LB⁴* || 30 posse se amp. (*B*)
vel possesse amp. (*Gen.*) *A⁴*: posses eam amp. *LB⁴* || notat
A⁴: ut notat *LB⁴*: *correx*: votat *On.* || sudat, vi potat *Mu.* ||
33 erex *L¹*: rex *A⁴* (*non B*) *D⁴* || 35—36 cf. 420. 1 || 4 III
7 dionae *L*: dione *A⁴* || ferebant || 9 temitani homines
9—10 facultate f. *A⁴* || 10 III *om.* *L¹*: lib. III *om.* *A⁴*: II *B⁴*
si *Cic.*: est || autem *B⁴*.

tum verbum sit, quod tamen consuetudo ferre possit'.

|| Ferre, adferre. Vergilius lib. XI (227):

legati responsa ferunt.

M. Tullius de suppliciis (in Verr. II, v, 117): 'prohibentur suis liberis cibum vestitumque ferre'. — Lucilius lib. XXIX (23):

colligere auxilium, tametsi est indigna út feram. 15

|| Ferre, dirigere, ducere. Vergilius lib. VI (295):

hinc via, Tartarei quae fert Acherontis ad undam.

Lucilius lib. XXX (86):

quid sibi vult? quare fit ut introvorsus et ad te spectent atque ferant vestigia se omnia prosus? 20

|| Ferre, laudare. Lucilius lib. XXX (4):

et sola ex multis nunc nostra poemata ferri.

FLVERE est decurrere. Vergilius Georg. lib. II (165):

haec eadem argenti rivos aerisque metalla ostendit venis atque auro plurima fluxit. 26

|| Fluere, minui, deficere. Vergilius Aeneidos lib. II (169):

ex illo fluere ac retro sublapsa referri spes Danaûm.

|| Fluere, latius ac liberius excrescere. Vergilius Georg. lib. II (369):

tum denique dura 30
exerce imperia et ramos compesce fluentis.

11—12 adf.—ferunt; 16—17 Ferre—undam; 23 Flu. dec.; 26—29 Flu.—excrescere.

11 verbum bis *A*⁴ || sic *A*⁴: si *L* *B*⁴ || 13—14 prohibentur *L*¹ *H*^s: -berentur *A*⁴: -betur *B*⁴ || 14 lib. s. *codd. Cic.* || 15 colligare *L* || 17 hic *A*⁴ *D*⁴ || vita *L* *A*⁴ || undas *Verg.* || 18—20 *cf. 402. 6* (s. v. spectare) || 19 et ad te *Iun.*: ut ad te *codd. h. l.*: aetate *codd. 402* || 20 spectant *codd. h. l.* || omnia se *codd. h. l.*: sed omnia *codd. 402* || 23 est *om. D*⁴ || 1 || 29—31 *cf. 295. 8.*

303. 304 M.

FATVM significat decretum et voluntatem. Vergilius lib. VII (293):

heu stirpem invisam et fatis contraria nostris
fata Phrygum!

35 et in VII Aeneidos (50):

1 filius || huic fato divûm prolesque virilis
nulla.

FATIGARE, percutere. Vergilius lib. IX (609):

versaue iuvencûm

5 terga fatigamus hasta.

|| Fatigare, excitare vel increpare vel hortari. Vergilius [Aen.] lib. IV (572):

sociosque fatigat:

praecipitis vigilate, viri.

|| Fatigare, instigare, cogere. Vergilius lib. IX (63):

10 collecta fatigat edendi
ex longo rabies et siccae sanguine fauces.

|| Fatigare, ad lassitudinem deducere. Vergilius lib. V (253):
velocis iaculo cervos cursuque fatigat.

et lib. XI (306):

15 quos nulla fatigant
proelia.

FOEDVM consuetudine est deforme. Terentius in Eunucho (684):

nunc tibi videtur foedus, quia illam nón habet.

32—34 Fat.—Phryg.; 3—8 Fatig.—viri; 12 Fatig.—ded.;
17—19 Foed.—execrandum.

32—34 cf. 226. 29; 455. 28 || 35—2 cf. 455. 32 || 35 ante
et lacunam sign. Mu. || 6 Verg. Aen. lib. III A⁴ (cum E):
Aen. om. rell. || 11 longe A⁴ (non B): longa L¹ || 13 iaculor
L¹ A⁴ || 17 def. est DA.

|| Foedum, execrandum. Vergilius lib. VII (618):

aversusque refugit

20

foeda ministeria.

FACTIO dicitur malorum consensus et conspiratio. Sallustius in Iugurtae bello (31, 15): 'inter bonos amicitia, inter malos factio'. || Factio iterum significat opulentiam, abundantiam et nobilitatem. Titinius Setina 25 (107):

metuo hércle, Caeso, né nimi' stulte fécerim,
qui ex tánta fáctióne atque opibus ádgre
eam sum áusus.

Plautus in Aulularia (167):

istas magnas factiones, dotes dapsilas.

30

idem Trinummo (467):

vostrás cum nostris fáctiones átque opes.

Turpilius Thrasy Leone (208):

nóbilitate, fáctione frétus interdícere.

Caecilius Philumena (141):

35

íta eorum famam óccultabat fáctio.

FEROX est saevus et indomabilis: translatum a feritate.

Vergilius lib. IV (135):

ac frena ferox spumantia mandit.

17—19 Foed.—execr.; 22—25 Fact.—abund.; 25—28 Tit. sed cum iam metuo—ausus adgre; 37 Ferox—feritate.

Iugurtae

23 iugurtae nae (pro catilinae) *E*¹ (-no *E*²): catilinae (-ill-, -ull-) *rell.* || in Cat. bello (54. 6) non divitiis etc., idem in Iug. bello *Me.* || 25 Setina *Me.*: sed iam (iā) *L A⁴ B⁴*: sed cum iam *D⁴* || 26 sed iam male | metuo *On.* || 27 eam sum aus. adg.: *corr. On.* || 30 fa. animos do. *Pl.* || dapsiles *codd. Pl.* || 32 nostris *Pl.*: nosti (-tri *B*) || 34 no. fact. *om. A⁴* || 35—36 Philumena ita *Grauert. post Iun.*: filium in alta (filiumina ita *B*) || 36 occatabat *A⁴* || 37 saevius (se-) *A⁴* || 38—39 *cf. 425, 30* || 39 at (ex ad *Gen.*: a *E*¹): (*corr. H² B*) || frenat *L¹ A⁴*.

40 M. Tullius de Officiis lib. I (90): 'ut equos propter crebras contentiones proeliorum ferocitate exultantes domitoribus tradere solent'. — Terentius in Eunuchō (415): ||

1 eone és ferox, quia habés imperium in béluas?

|| Ferox sum illa re dicitur, ut: illa re sum fretus vel adrogans. Titinius Fullonibus (18):

videram égo vírginém té
5 formónsam ésse, spónsó supérbam ésse, fórmá ferócém.

Plautus Milite (1382):

ut ádoriatur moéchum, qui forma ést ferox.

Accius (685):

10 néque vi tanta quisquam est, neque tam abúndans fortunís, ferox.

M. Tullius Epistula ad Caesarem lib. I (5): 'itaque vereor, ne ferociorem faciant tua tam praeclara iudicia de eo'. || Ferox significat cordatus vel facetus. Plautus in Milite Glorioso (1315):

nám tu quamvis póti' sis facere út fluat facétiis;
15 ét quia tecum erám, propterea ánimo eram ferócior.

FAMA est opinio secundum consuetudinem. Vergilius Aen. lib. III (121):

fama volat pulsum regnis cessisse paternis
Idomenea ducem.

40—1 M. Tull. ut—beluas; 16 Fama—consuetudinem.

42 soleant Cic. || 1 adeone est || qui ha. || adeo es f. qui ha. (?) Mu. || 2 F. sim illa A⁴ || 4 te virg.: corr. On. || 5 sponsa L¹ || esse sup.: corr. On. || 8 ut domatum mecum (equum B⁴) || 12 tutam: corr. Orelli. || 13 de eo Nobb.: telo || 14 quemvis: (corr. B G¹) || potis es codd. Pl. || fетиis A⁴ || 15 animum codd. Pl.: nimio Me. || eam A⁴ (non B).

|| Fama, spes profuturi numinis. Vergilius Aen. lib. IV (217): 20

nos munera templis

quippe tuis ferimus famamque fovemus inanem.

|| Fama est rursus infamia; unde et famosum dictum est infame; famosam, infamem. Cicero de Oratore lib.

II (277): 'non pol, inquit, audeo; nam me ad famosas 25 vetuit mater accedere'. — Vergilius Aen. lib. IV (170):

neque enim specie famave movetur.

Terentius in Adelphis (263):

maledicta, famam, meum laborem in se transtulit.

Plautus in Casina (991):

30

qui etiam me miserum famosum fecit flagitiis suis.

Lucilius Satyrarum lib. XI (19):

Quintus Opimius ille, Iugurtini pater huius,
et formosus homo fuit et famosus, utrumque
primo adulescens; posterius dat rectius sese.

35

Turpilius Paedio (160):

quaeso, omitte ac desere
hanc meretricem, quae || te semel nacta semper studuit 1
perdere,
detegere, despoliare obplereque adeo fama ac flagitiis.

23—24 Fama—infame; 27 Virg. neq.—mov.; 31 Plaut.
qui—suis.

20 numinis (*Gen.*) vel nummis (*B*) *A*⁴: nimis *L* ante corr. ||
21 muneris *L*¹ *A*⁴ || 23 Fama—infamia post v. 25 (accedere):
transp. Quich. || et om. *L*¹ || 23—24 unde—infame post v. 27
(movetur): *transp. Quich.* || 24 fam. inf. del. *Quich.* || 28 in om.
*L*¹ || 29 fama *B*⁴ || meum amorem et peccatum in se *codd. Ter.* ||
30 in *Asinaria*: corr. *Stud. Ind. schol. Gryphisvald. a. 1871*,
p. 15 || 31 facit: corr. *Stud.* || 33 qui intus *A*⁴ || opimus: corr.
Bentin. || 35 da: (corr. *B*) || 37—1 omitte hac describe hanc ||
1 s. inacta (corr. *H*²) est semp.: semel ut nacta est s. *Both.* ||
semol (?) *Mu.* || 2 fame *L*¹ *A*⁴ || famae ac flagiti (?) *Mu.*, see
cf. Leo (Plaut. Forsch. p. 327).

M. Tullius de Republica lib. IV (6): 'atque etiam, siqua erat famosa, ei cognati osculum non ferebant'. —
 5 Sallustius in Iugurta (15, 5): 'is postquam largitionem famosam inpudentemque'. — Naevius (Danae 7):
 desúbito famam tóllunt, siquam sólám videre ín via.

FORTIS est celer. Lucretius lib. III (7):
 aut quidnam tremulis facere artubus haedi
 10 consimile in cursu possint et fortis equi vis?

Vergilius lib. XI (705):
 quid tam egregium, si femina forti
 fidis equo?

|| Fortis rursura formosa. Plautus Milite (1100):
 15 . . . ecquid fórtis visa est? . . .

|| Forti's etiam dives. Plautus Trinummo (1133):
 éúm sororem déspondisse suam ín tam fortem fámiliam;
 id est, divitem et copiosam. Afranius Fratriis (156):
 formósa virgo est: dótis dimidiúm vocant
 20 istí qui dotis néglegunt uxórias;
 praetérea fortis.

Lucilius lib. XXX (115):
 omnes formonsi, fortes tibi, ego inprobus? esto.
 || Fortis, magnarum virium. Vergilius Aen. lib. I (222. 510):
 25 fortemque Cloanthum.

8—10 Fort.—equi; 14 Fort. formosus; 23—24 Lucilius
 omn.—virium.

5 p. videt regis larg. Sall. || 6—7 cf. 518. 1 (s. v. desubito) ||
 N. Danae de. codd. 518 || 7 videmus codd. h. l. || 8—10 cf.
 420. 37 || 9 haedi Lucr.: et codd. h. l.: aevi codd. 420 || 10 con-
 simili codd. utrobique || ea quivis A^A || 12 si fe. si fo. si fe. fo.
 A^A (non B): si fe. fo. si fe. fo. L || 14 formosus D^A || 15 forte B^A ||
 17 t. f. fam. tuam A^A L² || 19 midium A^A || 22—23 cf. 327. 16
 (s. v. inprobum, turpe) || 23 ergo codd. h. l.

FACESSERE est facere. Ennius Annalibus lib. I (52):
haec ecfatus; ibique latrones dicta facessunt.

Afranius Inimicis (202):
multa átque molesta es: pótin ut dicta facéssas?

Vergilius Aen. lib. IV (295): 30
imperio laeti parent ac iussa facessunt.

|| Facessere significat recedere. Ennius Eumenidibus (136):
dico vicísse Oresten: vós ab hoc facéssite.

Titinius Gemina (51):
át aliquis vestrórum nuntiét Geminae ut res súas procuret, s5
aédibus facéssat.

Pacuvius Teucro (342):
té repudio néc recipio; náturam abdicó. facesse!

item (326):
facéssite omnes hinc parumper; tú mane. || 40

Cicero de Legibus lib. I (39): 'paulisper facessant 1
rogemus'. — Afranius Liberto (203):

nolo híc te videat: dóminus est. puér, facesse hinc . .

Plautus Rudente (1061): 5
sís quidem
sís pudicus, hinc facessas.

26—27 Facess.—facess.; 32 Facess. s. rec.; 1—11 Cic.
paul.—fidem.

28 inimis: *corr. Iun.* || 29 potin ut nunc d. *Mu.* || facesses:
corr. Iun. || 31 iusta: *corr. E* || 33 edico *Mu.* || nuossab
(ab B) *A⁴* || facessit (-si *L¹*): *corr. Urbin. 307, ed. princ.* ||
35 ab *L*: *del. Mu. in append.* || v. a. *Ribb.*: a. vestrum *Mu.* ||
res suas *Bentin.*: reosuas || 38 naturam dico: *corr. Hermann.*:
natum abd. *Me.* (*melius* abd. na.) || 38—39 facesse item *Urbin.*
307, ed. princ.: facessititem *L¹ A⁴* (*Gen.¹: om. Gen.² B*): facessiti
item *B⁴* || 40 omnes hinc *Paulus 86: h. o.*

M. Tullius in Hortensio (49): 'facessant igitur omnes qui docere nihil possunt, quo melius sapientiusque vivamus'.

FATISCERE est aperiri; rursum deficere. Accius Epinausi-
10 mache (330):

tamen haut fatiscar quín tuam inplorém fidem.

Pacuvius Duloreste (153):

át si tanta sún promerita véstra, aequiperare út queam
véreor, nisi numquám fatiscar fácere quod quibó boni.

15 FERVS significat severus. Vergilius Aen. lib. II (326):

ferus omnia Iuppiter Argos
transtulit.

|| Ferus iterum ecus. Vergilius [Aen.] lib. II (51):

inque feri curvam conpagibus alvum
20 contorsit.

Accius Medea (416):

períte in stabuleis frénos inmitténs feris.

|| Ferus item significat cervum. Vergilius lib. VII (489):
pectebatque ferum puroque in fonte lavabat.

1—11 Cic. paul.—fidem; 15—17 Fer.—transtulit.

7 M. om. *L*¹ *A*⁴ || 8 -ri *D*⁴ || 9 aperire: corr. *Iun.*, *Gaietius* ||
rursum] vel *D*⁴ || Fat. est ap. * * * Fatiscere (-ci *On.*) rurs.
Me. || 10—11 cf. 479. 10 || 11 aut || qui *codd. h. l.* || 13 ut si
ita sunt: corr. *Mu.* (at iam *Gulielm.*) || ut nunquam queam *On.* ||
14 cf. 479. 14 || nuncquam *L* *A*⁴ || quod quibo boni *Iun.*: quod
qui boni *codd. h. l.*: quodquod quibo boni *codd.* 479 || 15 sae-
vus *Mu.* || 15—17 cf. 425. 27 || 18 item (?) *Mu.* || Aen. om. *A*⁴ ||
18—20 cf. 193. 21 || 22 perissem *Mu.* || in stabule fr.: corr.
Urb. 307, ed. princ.: in stabulo fr. *Grotemeyer* || 23 item
L ante corr. *B*⁴ (cum *E*): iterum *L* ex corr. *A*⁴ || acerbum *B*⁴ ||
23—24 cf. 59. 27.

FUGA significat citos cursus. Vergilius Aen. lib. I (316): 25

vel qualis equos Threissa fatigat
Harpalyce volucremque fuga praevertitur Hebrum.

|| Item fuga volatum significat. Vergilius lib. III (243):

celerique fuga sub sidera lapsae
semessam praedam et vestigia foeda relinunt.

30

|| Fuga item dicitur navigatio. Accius Telepho (629):

... remisque nixi properiter navem in fugam
transdunt.

Vergilius Aen. lib. V (767):

ipsae iam matres, ipsae, quibus aspera quondam
visa maris facies et non tolerabile nomen,
ire volunt omnemque fugae perferre laborem.

35

idem lib. IV (565):

non fugis hinc praeceps, dum praecipitare potestas?

idem in III (268):

40

tendunt || vela noti; fugimus spumantibus undis.

1

Plautus in Asinaria (157):

remigio veloque, quantum potis es, festina et fuge.

|| Fuga, vehemens efflatus. Vergilius Georg. lib. III (201):

ille volat, simul arva fuga, simul aequora verrens.

5

25 Fuga s. cursum volatum et navigationem; 27 Virg. vol.—Hebrum; 29 Idem, cel.—lapsae; 3 Plaut. rem.—fuge.

25 sign. secl. Mu. || citos *L*¹ ut vid.: citus (*Gen.*¹) vel citos (*Gen.*² B) *AA*: citus *BA*: om. *DA*: citos *E* || cursum *DA* || 27 (vol.—Hebr.) cf. 362. 18 || 28 Fuga item (?) *Mu.* || II 31 iterum (?) *Mu.* || 31—33 cf. 154. 9 (s. v. properiter); 347. 13 || 32 renisque nisi *AA* || 33 transeuntur *codd. h. l. (seq. uerg.)* || 36 numen *E* (*cum B*) || 40—1 (no.) cf. 410. 29 || 3 p. es *Guietus*: potes *AA*: potest *LB*⁴ (= *G*): potis est *Taubmann.*: poteris *codd. Pl.* || 4 (est flatus *B*).

FRIGIT correpta prima syllaba significat erigit. Accius Meleagro (461):

frigít fricantem còrpus atrum occúlte abstruso in flúmíne.

idém in eadem (443):

10

frigit

saetás, rubore ex óculis fulgens flámmeo.

|| Frigere est et Friguttire cum sono sussilire. Plautus Casina (267):

nam quíd friguttis? nám quid istud cupidé petis?

Afranius Privigno (245):

15

occásione cápta mulier ínvolat
in còllum, plorat, órat: occurrit nepos
pausíllus; neptis pórró de lectó frigit.

FINGERE est lingere. Vergilius lib. VIII (634):

illam tereti cervice reflexa

20

mulcere alternos et corpora fingere lingua.

* * * *Lucilius Satyrarum lib. VIII (3):*

cum poclo bibo eodem, amplexor, labra labellis
fictricis conpono, hoc est cum ψωλοκοποῦμαι.

6 Frig.—erigit; 12 Frig. est effrig.; 13 Plaut. nam—petis.

8 frigantem *L*¹: fricatque *vir doct. ap. Voss.* || atrum *vir doct. ap. Voss.*: acuum || *fort. frigit frigantem c. acua* || 11 saetas *Bue.*: aestas || robore *L*¹ || fungens *A*⁴ || 12 et frigutare (*Gen.*) vel -ttire (*B*) *A*⁴: effrigutire *D*⁴: efriguttire (*H mg. G*¹) vel et fr. (*H*² *G*²) *B*⁴ || 12—13 cf. 7. 10 || 13 nam quid frig. quid istuc tam c. cupis *codd.* 7 (*cum codd. Pl.*) || -utis *A*⁴ || 15 occasionem cartha (casta *B*): *corr. Quich.*: occasionem captans *Both.* || 16 accurrit *Mu.* || 18 VIII || 19—21 *suppl. Stowasser.* || 21 *fort. addend.* unde fictricem meretricem dicit || 21—23 cf. 257. 39 (*s. v. componere, coniungere*) || 22 proclo *L ex corr. A*⁴ || abra *codd. h. l.*: (*corr. H*³) || bellis *A*⁴ || 23 fictrices: *corr. Scal., Marx. (Zeitschr. oest. Gymn. XLIX, 1091)* || ψωλ. *Iun.*: via ωλοκοποῦμη *L*: via οκοσιουμη *A*⁴: ωλοκοποῦμη (*om. via*) *B*⁴: ipso loco pomas *codd.* 257.

|| Fingere, componere. Vergilius Georg. lib. II (407):

persequitur vitem adtondens fingitque putando. 25

M. Tullius de Finibus Bonorum et Malorum lib. V (59):
'ut alia in primo ortu perficeret, alia progrediente aetate
fingeret'. — Lucilius lib. XXVII (1):

ém, populi salutem fictis vërsibus Lucilius,
quibu' potest, inpértit. 30

M. Tullius de Officiis lib. III (39): 'fictam et con-
menticiam fabulam prolatam dicunt a Platone'. || Fingere,
parare. Lucilius lib. XXVIII (57):

. . sed fuga fíngitur. tímido vadit pede përcitus.

Varro Cato vel de liberis educandis (9): 'magnum 35
est enim, ut Ariston scribit, in primordio pueruli. quem-
admodum incipiat fingi, ad id quasi evadat'. || Fingere,
effigiare vel formare et facere. M. Tullius de Republica
lib. IV (5): 'ego || vero eodem, quo ille Homerum, 1
redimitum coronis et delibutum unguentis emittit ex ea
urbe, quam sibi ipse fingit'. — idem de Deorum Natura
lib. II (149): 'deinde in ore sita lingua est, finita denti-
bus: ea vocem inmoderate profusam fingit et terminat'. 5

24—25 Fing.—putando; 31—34 M. Tull. fict.—percitus;
37—38 Fing.—facere; 5 M. Tull. et voc.—terminat.

24—25 cf. 369. 23; 462. 5 || 27 aliam pr. A^A: aliam in
pr. L || perficere || aet.] efato (B) vel aefatos (Gen.) A^A ||
28 fingere || 28—29 XXVII item populi: XXVII em populis
Mu.: rem, populi Lachm. || 29 (sal.)—30 cf. 37. 26 || 29 salute
et f. codd. h. l. || 30 cf. 37. 19 (s. v. inpertire) || imperat A^A ||
32 prolata A^A || a Platone om. D^A || a om. L¹ A^A || plantone A^A ||
34 fungitur L¹ A^A || ut t. Mu. || tumido A^A D^A || pede perc. v.
Acidat. || 36 puerili A^A B^A (cum E) || 37 q. evadet Ries.: quo
si ev. * * * Iun., Mu. || 1 modo add. post eodem Moser., post ||
Hom. Mu. || 4 in ore sit aliena l. est || 5 ea] et A^A D^A.

Vergilius Aen. lib. II (79):

nec si miserum fortuna Sinonem
finxit, vanum etiam mendacemque inproba finget.

M. Tullius de Officiis lib. III (50): 'virum bonum
10 fingimus; de eius deliberatione et consultatione quaerimus'.

— Sallustius in Catilinae bello (1, 1): 'quae natura
prona atque ventri oboedientia finxit'. — Plautus in
Asinaria (174):

nám nec fictum usquam ést nec pictum néque scriptum
in poématis.

Varro *Ταρχή Μενέππου* (526): 'ut hirundines in culinis
15 oblito luto tegulas fingeant'. || Fingere, simulare
mendacium. Afranius Fratriis (168):

. . nunc vide, hóc quo pacto ego aúrum in medium próferam.
tú, Castalia, cógita, tu finge, fabricare úti libet.

Vergilius Georg. lib. II (45):

non hic te carmine ficto
20 atque per ambages.

Terentius in Andria (220):

et fingunt quandam inté se nunc falláciam.

Vergilius lib. XI (406):

vel cum se pavidum contra mea iurgia fingit
25 artificis scelus.

13 Plaut. nam—poem.; 15 Varro luto—mendacium;
22 Ter. effingunt—fallaciam.

6—8 cf. 417. 2 || 7 se *L*¹ *AA* || 8 mandacemque (-quem-
que): corr. *E* || fingit *AA* || 9 II || b. v. *Cic.* || 10 liberatione
(-tio *Gen.*, non *B*) || qu.] qui primus || 12—13 cf. 493. 8 ||
13 pictum] tictum (dictum *DA*) codd. h. l. || poematibus *DA* ||
14—15 ut hirundine singulinis obliti: ut hirundines in culinis
obliti *Roth.*: ut hir. in culminibus lito *On.* || 16 non v. h. *AA*:
nunc illud v. h. *On.* || ego *Both.*: eo (*om. E*) || 17 tu consulta
Bue. || ut ed. a. 1471 || 22 et f.] effingunt.

M. Tullius de Finibus Bonorum et Malorum lib. V (64): 'talibus exemplis non fictae solum fabulae, sed etiam historiae refertae'.

FACINVS, factum. Sallustius in Catilinae bello (2, 9): 'qui aliquo negotio intentus praeclari facinoris aut artis bonae famam quaerit'. — Terentius Heautontimorumenos 30 (314):

nón fit sine períclo facinus mágnum nec memorábile.

M. Tullius de Officiis lib. III (95): 'promissum potius non faciendum quam taetrum facinus admittendum fuit'. — et de Senectute (40): 'nullum denique || scelus, nullum malum esse facinus, ad quod suscipiendum 1 non libido voluptatis impelleret'. — Plautus in Aulularia (587):

hóc est servi fácinus!

|| *Facinus* rursum scelus. Sallustius in Catilinae bello 5 (23, 1): 'sed in ea coniuratione fuit Quintus Curius, natus haut obscuro loco, flagitís atque facinoribus coopertus'. — M. Tullius de Officiis lib. III (75): 'ab hoc nulla fraus aberit, nullum facinus'.

FVRTVM est occulta subreptio. Vergilius Georg. lib. IV (346):

Vulcani Martisque dolos et dulcia furta.

10

|| Furtum, insidiae. Sallustius lib. I (112): 'illo profectus vicos castellaque incendere et fuga cultorum deserta

27 M. Tull. talibus — ref.; 31 Facinus scelus, Ter. non — mem.; 6 — 8 Sall. sed — coop.; 9 — 11 Furt. — insidiae.

27 verum e. h. ref. sunt *codd.* Cic. || 29 intenti || 32 — 33 cf. 413. 20 || 33 q. tam t. *codd.* Cic. || 1 f. e. *codd.* Cic. || aquod *E*¹: ad quod *LB*⁴: quod *A*⁴ || suspiciendum *L*¹ *A*⁴ || 2 voluntatis *L*¹: voluntatis *A*⁴ || impellere *L*¹ *A*⁴ || 4 fac. frugi *Pl.* || 7 (nat. — loc.) cf. 341. 16 || 8 ab] ad || 9 — 10 cf. 453. 25 || 9 III *codd.* h. l. || 11 Sall. Hist. lib. I *edd.*

310. 311 M.

igni vastare, neque late aut † fetustissimus, metu gentis ad furta belli peridoneae'. — Vergilius Aen. lib. XI (515):

15 furta paro belli convexo in tramite silvae,
ut bivias armato obsidam milite fauces.

|| Fures etiam servi sunt dicti. Vergilius in Bucolicis (III, 16):

quid domini faciant, audent cum talia fures?

FIDUCIA est audacia. Sallustius lib. II (111): 'ita
20 fiducia quam argumentis purgatiores dimittuntur'. || Fi-
ducia, confidentia. Vergilius Aen. lib. IX (188):
cernis quae Rutulos habeat fiducia rerum.

FATIGARE, cohibere, conprimere. M. Tullius de Officiis lib. III (73): 'qui non verbis sunt et disputatione
25 philosophorum, sed vinculis et carcere fatigandi'. || Fati-
gare, commovere, perturbare. Vergilius Aen. lib. I (280):
quae mare nunc terrasque metu caelumque fatigat.

FRIGORIS quae sit significatio, manifestum est; ut Vergilius Georg. lib. II (344):

30 frigusque caloremque
inter.

et Lucretius (IV, 219):

1 frigus ut a fluviis, calor ab || sole, aestus ab undis
aequoris.

|| Frigus, metus. Vergilius Aen. lib. I (92):
exemplo Aeneae solvuntur frigore membra.

17—18 Fures—fures; 20—25 Fid. est conf.—fatigandi;
3—5 Frig. est aeris natura. Frigus met.—membra.

13 late Gerlach.: elate (praec. e) || faetussimus supra scr.:
tis L: fretus, simul a Roth.: securus nimis Mu. || 14 peridonea:
corr. ed. a. 1476 || 16 obsida m. L¹ A⁴: -dat m. B⁴ || 19 Sall.
Hist. lib. II edd. || 20 purgationes A⁴ || 21 VIII A⁴ || 27—29 om.
A⁴ (propter homoeoteleut.) || 29—31 cf. 200. 2; 326. 12 || 29 I
codd. h. l. || 1—2 cf. 247. 12 || 1 ut flaviis A⁴ || 4 exemplo L¹ A⁴.

|| Frigus, aeris natura. Vergilius Georg. lib. II (256): 5
 at sceleratum exquirere frigus
 difficile est.

|| Frigidum, venenatum. Vergilius in Bucolicis (VIII, 71):
 frigidus in pratis cantando rumpitur anguis.

|| Frigidus, mortuus. Vergilius lib. IX (414): 10
 volvitur ille vomens calidum de pectore flumen,
 frigidus.

|| Frigidum, segne, inbecille. Vergilius lib. XI (338):
 largus opum et lingua melior, sed frigida bello
 dextera. 15

FERIRE usu significat percutere. Vergilius in Bucolicis
 (IX, 25):

cornu ferit ille, caveto.

M. Tullius de suppliciis (in Verr. II, v, 121): 'feri-
 untur securi: laetaris tu in omnium gemitu et triumphas'.

|| Ferire, sancire, firmare. Vergilius Aen. lib. X (153): 20
 haut fit mora; Tarchon
 iungit opes foedusque ferit.

FOVERE est nutrire, provehere. Vergilius Georg.
 lib. IV (55):

hinc nescioqua dulcedine laetae
 progeniem nidosque foveat. 25

3—5 Frigus est aeris natura. Frigus metus—membra;
 8—10 Frig.—mort.; 13—16 Frig.—perc.; 20 Fer. s. firm.;
 21—25 Virg. Tarch.—fovent.

6 a sc. A^4 (non B): ac sc. L^1 || 8—9 cf. 382. 33 || 10—11 cf.
 263. 10 || 10 Frigidum, mortuum (?) *Mu. in append.* || 11 movens
 A^4 (non B) || 13 segnem $L^1 A^4$ (seq. in) || 17 caveo A^4 || 19 tui
 nominum A^4 || triumphus (-fus) $A^4 L^1$: -phis (-fis) B^4 || 21 aut
 $L A^4$ || 24 nescio quia $L^1 A^4$.

et Aen. lib. I (18):

iam tum tenditque foveetque.

Lucilius lib. XXIX (119):

ventrem alienum
30 maestum fovere ex molito hordeo uti cataplasma.

|| Fovere, aspergere. Vergilius lib. XII (420):
fovit ea vulnus lymphæ longaevus Iapyx.

|| Fovere, constituere. Vergilius Georg. lib. IV (43):
sub terra fovere larem.

35 et Aen. lib. I (718):

et interdum gremio foveat, inscia Dido,
insidat quantus miseræ deus.

|| Fovere, tueri. Vergilius lib. IX (56):

non obvia ferre
40 arma viros, sed castra fovere. ||

1 FETVM significat plenum. Vergilius Aen. lib. I (51):
loca feta furentibus austris.

et lib. II (237):

scandit fatalis machina muros,
5 feta armis.

Varro Γνωθι Σεαυτόν (204):

nón videtis, únus ut
párvulus Amor árdifeta lámpade.

38—5 Fov.—armis.

26 et om. A⁴ || 27 iam tum] tantum || 28—30 cf. 350. 34
(s. v. maestum, enectum fame) || 30 est tum: (corr. Gen.²) ||
cataplasmo codd. h. l. || 31 spargere L || 35 et] e A⁴ (om. B) ||
1—2 cf. 211. 1 || 2 ferentibus L¹ A⁴ || 6—8 cf. 243. 32 ||
7 videas A⁴ || unum et codd. h. l. || Am. parv. Meinek. ||
8 ardifoeta (feta) codd. utrobique: artf. E¹ ut vid.: fort.
artifeta || lepades codd. h. l. (lemp. B: -de L¹?).

|| Fetus, onere levatum. Vergilius lib. VIII (630):

fecerat et viridi fetam Mavortis in antro.

10

et Georg. lib. III (176):

nec tibi fetae

more patrum nivea inplebunt mulgaria vaccae.

Varro de Vita Populi Romani lib. II: 'mensa anteponebatur cum † cullia acuno †, [in] quo quae veniebant 15 ad fetam amicae gratulatum, dis mactabant'.

FASCES quam habeant significationem, manifestum est.

Vergilius Georg. lib. II (495):

illum non populi fasces, non purpura regum flexit.

20

|| Fascem consulem posuit Vergilius Georg. lib. III (347):

iniusto sub fasce viam dum carpit.

|| Fascem, onus. Vergilius in Bucolicis (IX, 65):

ego hoc te fasce levabo.

idem Georgicon lib. IV (204):

25

ulstroque animas sub fasce dedere.

FVNDERE est liquorem defundere. Vergilius lib. V (77):

hic duo rite mero libans carchesia baccho fundit humo.

23—24 Fasces consules vel dignitates. Fascem on.—levabo; 27 Fund. e. liq. effundere.

9 honore *L* || 13 (multraria *B* cum *codd. Verg.*) || 14 mensa *L*¹ (cum *B*): mensae (-se) *rell.* || 15 cum *ed. princ.*: eum || culigna *Bentin.*: edulio *On.* || ac vino *ed. a. 1476* || c. caliculo uno *Quick.* || in *secl. On.* || hinc quom quae *Mu.* || 16 fertam *A*⁴ || ammicæ *A*⁴: amice *L* || 21 Fasces consules vel dignitates *D*⁴ || II || 23—24 *cf. 336. 21* || 26 animam *codd. Verg.* || 27 liq. effundere *D*⁴ || uerg. georg. lib. V *L*¹ *A*⁴: uirg. georg. lib. III *B*⁴: (uirg. aen. lib. V *B*) || 27—28 *cf. 546. 15* || 29 (humi *B E* [?] cum parte *codd. Verg.*).

30 || Fundere, prosternere, iacere. Vergilius Aen. lib. I (192):

quam septem ingentia victor
corpora fundat humo.

et Aen. lib. II (252):

fusi per moenia Teucri

35 *conticuere.*

M. Tullius de suppliciis (in Verr. II, v, 28): ‘*plerique ut fusi sine mente ac sine ullo sensu iacerent*’.

M. Tullius [in] *Philippicarum* lib. XIV (1): ‘*sceleratissimorum hostium exercitum fustum caesumque cognovi*’.

|| Fundere, dare. Vergilius in *Bucolicis* (IV, 23):

40 ipsa tibi blandos fundent cunabula flores.

Cicero *Tusculanarum* lib. V (37): ‘*ut aut flores aut fruges fundant aut bacas*’. || Fundere, dicere. Vergilius Aen. lib. III (344):

talìa fundebat lacrimans. ||

1 Plautus *Asinaria* (896):

ne illa ecastor fēnerato fundit

|| Fundere, fugare. Vergilius Aen. lib. II (420):

illi etiam, siquos obscura nocte per umbram

5 *fudimus insidiis totaque agitavimus urbe, apparent.*

30—32 Fund.—humo; 38—39 M. Tull. scel.—cognovi;
3 Fund. fug.; 4—5 Virg. siquos—urbe.

33—36 *suppl. H. Ilberg. Symb. philol. Bonnens. 438* || 33 Aen. *secl. Mu.* || 37 *fusisi* (-issi) sine || *ullos subiacerent* *L*¹: *ullo sed subiacerent* (sed sub *del. Gen.*²) *A*⁴: *ullo subiacerent* *B*⁴ || 38 in *supra add. L* || XV || 39 *usum* *L*¹ *A*⁴ || *caesum fustumque codd. Cic.* || 42 *fundat Cic.* || *dicere om. A*⁴ || 43 *t. fundebant lacrimas* (-bat -mans *B*) *fundebat* (-bant *B*) *A*⁴ || 2 *illa ec. Both.*: *ille ec. codd. Pl.*: *ille castor* || *funerato L* (*cum B G*) (*pro foen.*) || *funditat codd. Pl.* || 5 *urbem* *L*¹ *A*⁴.

|| Fundere, demittere. Vergilius Georg. lib. III (104):
ruuntque effusi carcere currus.

et lib. X (270):

cristisque a vertice flamma 10

funditur.

FILVM dicitur deducta res quaeque ad tenuitatem.
Vergilius lib. X (814):

extremaque Lauso

Parcae fila legunt. 15

|| Filum, oris liniamentum. Lucilius lib. XXIX (72):

súrge, mulier, dúc te! — filum nón malum.

FLAGITIVM veteres vitium quod virgini infertur dici
voluerunt. || Flagitium, periculum. Lucilius lib.
XXIX (109):

qui et poscent minus et praebebunt rectiu' multo 20
et sine flagitio.

FIDES quid sit, manifestum est; ut Vergilius Aen.
lib. I (292):

cana Fides et Vesta;

et plerumque. || Fides, chordae quae appellantur. M. Tullius
in Hortensio (91): 'ponendae sunt fides et tibiae'. 25
et Vergilius lib. VI (120):

Threicia fretus cithara fidibusque canoris.

12 Fil.—ten.; 18—19 Flag.—vol.; 22 Fid.—est; 24—28
Fid.—exhibere.

7 dim. *A⁴*: emittere *Mu.* || 9—11 cf. 240. 27 || 12 Filus *D⁴* ||
13—15 cf. 332. 7 || 16 ores (filii mores *A⁴*): corr. *Ald.* ||
17 multer *L¹* || ducite *LB⁴* || filium *A⁴* || 19 Fl. per. fort. *seclu-*
dend. || 20 quiete p.: corr. *Me.* || poscente: corr. *I. Dousa, Me.* ||
praebunt: corr. *I. Dousa, Me.* || 22—23 cf. 86. 24 || 24 ut
pler. *B⁴*: (pler. [om. ut] *B*) || Fid. etiam corde app. *D⁴* || 25 et
alter. secl. Mu.

FACERE apertam habet significantiam. || Facere, rem divinam religionibus exhibere. Plautus in Aulularia (622): mŭlsi congíalem plenam fáciam tibi fidéliam.

- 30 Vergilius in Bucolicis (III, 77):
cum faciam vitulam pro frugibus, ipse venito.

INCIPIT PER G LITTERAM.

GRAVE, gravidum. Vergilius Aen. lib. I (273):
donec regina sacerdos

- 35 Marte gravis.

|| Grave, plenum. Vergilius in Bucolicis (I, 49):
1 non insueta gravis temptabunt || pabula fetas.

et Georg. lib. III (317):

et gravido superant vix ubere limen.

et lib. I Aen. (151):

- 5 tunc pietate gravem ac meritis.

|| Grave, fecundum, frugiferum. Vergilius Georg. lib. III (525):

quid labor aut benefacta iuvant? quid vomere terras
invertisse gravis?

- || Grave, secundum consuetudinem ponderosum. Vergilius
10 Georg. lib. I (162):

vomis et inflexi primum grave robur aratri.

24 — 28 Fid.—exhib.; 31 Virg. cum—ven.; 33 Grav. grav.;
36 Grav. pl.; 3 Virg. et gr.—lim.; 6 Grav. fec. frugiferum;
9 Grav.—ponderosum.

27 significationem *D*⁴ || 28—29 *cf.* 543. 25 || aululariam
visi *codd. h. l.* || 29 plenum *f. t. fidelium A*⁴ || 2—3 *cf.* 389. 5 ||
4 Aen. lib. I *Quich.* || 6 frug. consuetudine (-nem) ponderosum
*A*⁴ (*cf. v. 9*) || 7 iubent (-vent) *A*⁴ (*non B*) *B*⁴ || 10 *I L ex corr.*
II rell.

Terentius Heautontimorumenos (92):

hui! tām gravis hos, quaéso?

M. Tullius de Officiis lib. III (35): 'aut certe omni pondere gravior habenda est'.

|| Grave, amarum. Varro Quinquatrubus (440): 15

absintium uti

bibām gravem ét cástoreúm

levémque róbur.

|| Grave multum [valde] significare veteres probant.

Titinius Psaltria (87):

. gravique obsónio convívas. 20

Nam et graviter multum intellegitur. Caecilius Plocio (163):

placére ocepit grávitèr, postquam emórtuast.

Accius Deiphobo (131):

. at infando hómine, gnato Láerta, Ithacensi éxule,
quí neque amico amícus umquam grávi'neque hosti hostís fuit. 25

Sallustius Hist. lib. III (46): 'namque is praeter solita vitiosis magistratibus, cum per omnem provinciam infecunditate bienni proximi grave pretium fructibus esset'.

— M. Tullius de Officiis lib. I (88): 'nec vero audiendi

14—18 M. Tull. aut—robur.

13 hui tam] ultam || 14 I L B⁴ || 15—18 cf. 190. 27 (s. v. absintium, masc.); 337. 7 (s. v. levare, minuire) || 17 castorem L B⁴ || 18 leveque *codd. hic et 190* || 19 valde *secl. On.*: ante intelleg. (v. 21) *colloc. Quich.* || 20 conurias A⁴ || 21 nam—int. *secl. On.*: post v. 18 (probant) *colloc. Quich.* || 22 hoccecepit L || emortuas L¹ A⁴: est mortua B⁴ || 24 gnatu B⁴ || aut ab inf. *On.*: aut (?) ad infandum hominem gnatum *Mu.* || Laerta *Both.*, Ithacensi *Me.*: laerat ait hacenase || 25 grauit L¹ || hosti *om.* B⁴ || 26 is *Me. in Corrigendis*: eis (*praec.* e) A⁴: his L B⁴ || 27 vitiis A⁴ || 28 (promixi *Gen.*, non B) || esse: *corr. ed. princ.*

- 30 qui graviter inimicis irascendum putant'. — Lucretius lib. I (63):

humana ante oculos foede cum vita iaceret
in terris, obpressa gravi sub religione.

Varro Gerontodidascolo (183):

ubi graves pascantur atque alantur pavonum greges.

- 35 || Grave, grandaevum. Vergilius lib. V (387):

hic gravis Entellum dictis castigat Acestes.

- 1 || Grave, molestum. || M. Tullius de Senectute (4): 'quod numquam tibi senectutem gravem esse senserim'. — in eodem (67): 'facilius in morbos incidunt [adulescentes], gravius aegrotant, tristius curantur'. — Sallustius lib. II (51): 'et continetur gravis'. || Grave, nocens. Vergilius Georg. lib. III (415):

galbaneoque agitare gravi.

M. Tullius de Officiis lib. III (86): 'magnum illum bellum perfuga unus et gravem adversarium imperi sustulisset'. || Grave, triste. Accius Erigona (54):

- 10 sed ubi ad finem ventum [est] in quo illum fors expectabat loco,
† atque Orestes gravi' sacerdos ferro prompto adstituere. †

35 — 4 Grav. — curantur.

30 qui grav. Cic.: grav. *L¹ A⁴*: grav. qui *B⁴* || putabunt *codd.* Cic. || 30—32 cf. 327. 1; 379. 10 || 33—34 cf. 440. 15 (s. v. pascere et alere) || 34 verbi gr. *L B⁴* || pascuntur *codd.* *h. l.* || utque *A⁴* || 35—36 cf. 251. 25 || 2—3 in eos *L A⁴ D⁴*: idem eodem (?) *Mu.* || 3—4 cf. 409. 34 || 3 in *om.* *L A⁴ D⁴* || adul. *om.* *L A⁴ D⁴* || 5 gravius *Me.* || 6 (gravis *B* cum *Verg.*) || 7—8 illum *b.* || 8 unus || humum *A⁴*: hominum *L B⁴* || grave || imperium *A⁴* || 9 Accius *om.* *A⁴* || 10 est *del.* *On.* || in *del.* *Guietus* || 11 adquem (at.) *B⁴ E* || Orestae *Mu.*: Oresten *Grotius* || f. cum p. *Grotius*: fort. ferrum promptum || adstitit *A⁴*: ad-sistere *Quich.*

Vergilius lib. VIII (582):

gravior ne nuntius auris

vulneret.

|| Grave, forte. Vergilius lib. XII (458):

15

ferit ense gravem Thymbraeus Osirim.

|| Grave, utile. M. Tullius de Officiis lib. I (110): 'ut iam sint alia graviora atque meliora, tamen nos studia nostra naturae regula metimur'. || Grave, solidum et firmum. Accius Athamante (194):

† beneficiis gravem hostium peperisti et grave †.

20

idem Nyctegresia (487):

id quod facis gratum et grave est.

M. Tullius in Hortensio (27): 'unde aut ad agendum aut ad dicendum copia depromi maior gravissimorum exemplorum, quasi incorruptorum testimoniorum, potest?' 25

|| Grave, sapiens cum auctoritate. M. Tullius de Officiis lib. I (86): 'quae gravis et fortis civis et in republica dignus principatu fugiet atque oderit'. — et in Hortensio (25): 'quid enim aut Herodoto dulcius aut Thucydide gravius?' || Grave, necessarium. Lucilius lib. XXIX (19):

habeasque in animo mi admodum causam gravem

30

fore, quae me ab ullo commodo abducit tuo.

19 Grav.—firm.; 22 Accius id—est; 26—29 Grav.—gravius.

^{XII}
12 verg. lib. VIII (sic) L (cf. v. 15): verg. georg. (aen. B). lib. XII A⁴: verg. lib. VIII B⁴: 'fort. haustus Georg. locus' Mu. || 17—18 ut etiamsi sint Cic. || 18 sat A⁴: sit B⁴: om. L || 19 nostra nostrae nat. codd. Cic. || metitur A⁴: metiamur Cic. || 20 veneficius: (corr. B) || hostimentum Grotius || p. tibi gratiam Quich. || fort. . . benef. gratiam (grām) hōstium peperistei gravem || 21 inyctegressia A⁴: infetigresia L (pro in Nyct.?) || 23 u. haut A⁴ (non B) || 27 f. quis || 28 principatum || 29 ut thuc. A⁴ (non B) || 30 habeasque (quae) an.: corr. On.: habeas quoque an. Mu. || gravum A⁴ (gratum B): grave L B⁴ (= G): gravem E H² || 31 add. (Gen.) vel abd. (B) A⁴.

- 1 GRASSARI dicitur supra modum saevire. || || Grassari etiam dicimus ambulare. Titinius Veliterna (140):

vénde thénsam átque mulós; siné [eam]
pedibús grassari; cónfringe eius supérbiam.

- 5 Novius Paedio (72):

Caéretanus síne diploida récta grassatúr via.

idem Paedio (73):

núnc res me ipsa répremit; saepe hac sum eádem gras-
satús via.

- Sallustius in Iugurta (1, 3): 'qui ubi ad gloriam
10 virtutis via grassatur'. — Afranius Excerpto (135):

consímili grassantúr via, quibus híc est omni' cúltus.

GARRVLAE dicuntur aves canorae et hilares. Vergilius
Georg. lib. IV (307):

garrula quam tignis nidum suspendat hirundo.

- 15 || Garrulus est rursum cordatus. Varro Periplus lib. I (416):
'in hac civitate tum regnabat Dionysius, homo garrulus
et acer'.

GEMINI dicuntur ex uno utero uno die editi. Vergilius
lib. VIII (631):

geminos huic ubera circum
ludere pendentis pueros.

1—2 Grass.—amb.; 8—10 Nevius nunc—grass.; 12—17
Garr.—editi.

3 thensum A^4 || inulos (hinnulos) *M. Hauptius Ind. lect. hib. Berolin. a. 1886 p. 3, Mu.* || eam *seclusi*: eam iam *Mu.* ||
4 confringe *Passerat., Me.*: confingere A^4 : cumfingere LB^4 ||
6 cretanus LB^4 : errat anus A^4 : *corr. Lachm.* || sime: *corr. Lachm.* || deploida A^4 (-de B): deploidi a LB^4 : deploida E ||
'Caeretanus sine diploida?' 'recta grassatur via' *Mu.* || 7 idem] nevius DA (*qui prius exempl. omittit*) || Paedio *om. A^4* || 8 ipsam LB^4 || haec $A^4 DA$ || h. eadem sum: *corr. Munk.*: eadem hac sum *Bue.* || via a quibus $L^1 B^4$ || 12 hilare L ante *corr.* ||
14 -dit B^4 || 15 scordalus *Stowasser. (Arch. Lat. Lex. I, 442)* ||
16 cum A^4 || 17—19 *cf. 423. 19* || 17 VIII *codd. h. l.* || 18 ubere LB^4 .

|| Geminum rursum simile. Pacuvius *Hermiona* (174): 20
par fortitudo, gémina confidentia.

|| Geminae, duae. Vergilius lib. VI (893):
sunt geminae Somni portae, quarum altera fertur
cornea.

GERERE est habere. Vergilius *Aen.* lib. II (89): 25
et nos aliquod nomenque decusque
gessimus.

|| Gerere, ferre. Vergilius lib. VII (455):
bella manu letumque gero.

et idem eodem libro (188): 30
laevaue ancile gerebat.

|| Gerere, facere. Vergilius lib. IX (203):
nec tecum talia gessi,
magnanimum Aenean et fata extrema secutus.

GRADVS consuetudine sunt per quod ad altiora domorum 35
et aedificiorum omnium scanditur. Vergilius *Aen.* lib. I (448):
aerea cui gradibus surgebant limina.

|| Gradus, pedum gradientium vicissitudo. || Vergilius 1
Georg. lib. III (191):
gradibusque sonare
compositis.

|| Gradus, firmitas standi. M. Tullius de *Officiis* lib. I (80): 5
'nec tumultuantem de gradu deiciunt'.

20—21 Gem.—conf.; 25 Ger. e. hab.; 28—29 vel ferre—gero;
32—33 Ger.—gessi; 35—1 Grad.—viciss.; 5—10 Grad.—lav.

26 decus (om. que) *AA* (non *B*) || 30 lib. secl. (?) *Mu.* ||
30—31 cf. 554.7 || 35 quod *L*¹ *AA*: quos *BA DA* || 36 scen-
ditur cum ras. supra e *L*: ascenditur *E* || 6 de gr. deici, ut
dicitur *Cic.*

GESTIRE est cupere. Lucilius lib. XXX (2):
quanto aurire animus Musarum ex fontibu' gestit.

|| Gestire, laetum esse. Vergilius Georg. lib. I (387):
10 et studio incassum videas gestire lavandi.

INCIPIT PER H LITTERAM.

HERBA est viride pecorum pabulum. Vergilius Georg.
lib. I (134):

et sulcis frumenti quaereret herbam.

|| Herbam veteres palmam vel victoriam dici volunt.
15 Vergilius Georg. lib. III (498):

atque inmemor herbae

victor ecus.

Accius Meleagro (444):

gaudent, currunt, celebrant, herbam conferunt, donant, tenent,
20 pro se quisque cum corona clarum conestat caput.

Afranius Excepto (145):

fit opus luculentum hoc. vici: herbam det.

HABERE, satis esse. Vergilius lib. XII (296):

hoc habet; haec melior magnis data victima divis.

25 || Habere planum est quid significet; ut Vergilius Aen.
lib. IV (29):

habeat secum servetque sepulchro.

5—10 Grad.—lav.; 12 Herb.—pab.; 14 Herb.—volunt;
19—20 Accius gaud.—caput; 25 Hab.—significet.

7—8 cf. 319. 15 (s. v. haurire) || 8 quantum *codd.* 319 ||
e f. *LB*⁴ (= *G*): et f. *A*⁴ *D*⁴: et *vel* ea f. *codd.* 319 || 9—10
cf. 32. 29 || 11 *om.* *A*⁴ || 12 pab. * * * *Mu.* || 13 quaerere *L*¹ *A*⁴ ||
14 palmulam *L*¹ || 19 conterunt *L ex corr.* || 20 constat *LB*⁴:
conectat *A*⁴ *D*⁴: *corr. Mu. post Ribb.* || 22 dici: *corr. Passerat.* ||
24 hoc m. *L ante corr.* *B*⁴ || 25 ut *secl.* (?) *Mu.*

Terentius Andria (39):

quod hábui summum prétium persolví tibi.

|| Habere, tenere, occupare. Vergilius Aen. lib. II (290):

hostis habet muros.

30

Lucilius lib. XXIX (4):

hoc tum ille habebat ét fere omnem Apúliam.

Plautus Aulularia (657):

póstremo hunc iam pέρscrutavi: níhil habet

Terentius Andria (82):

35

certe cáptus est:

habét.

|| Habere rursus habitare. Sallustius in Catilinae bello (52, 13): 'credo, falsa existimans ea quae de inferis memorantur: || diverso itinere malos a bonis loca taetra, ¹ inculta, foeda atque formidulosa habere'. — Vergilius lib. VII (131):

quae loca quive habeant homines.

Afranius Excepto (136):

5

ubi hic Moschis, quaéso, habet meretríx Neapolítis?

Accius Philocteta (537):

úbi habet? urbe agróne?

Plautus Aulularia (5):

patri, avo iam huius, qui nunc hic habet.

10

29—32 Hab.—Apul.; 38—2 Hab.—habere.

27—28 cf. 366. 5 || 32 mapuliam (*praec. m*) *L*¹ || 33—34 (pers.) cf. 469. 1 || 34 hic nihili hab. *codd. Pl.* || 35—37 cum 23—24 *coni. Mu.* || 36 certo (-tu?) *L ante corr.* || 4 quive *codd. Verg.*: quae (a *pro u*) || 6 moscis || meletrix || 8 turbae (-be): *corr. ed. princ.* || 10 abo: avoque *codd. Pl.*

|| Habere, dicere. Terentius in Eunucho (399):

labóre alieno mágno partam glóriam
verbo in se transmovet qui habet salem;
quod ín te est.

- 15 || Habere, facere. Varro *Ταφῇ Μενέλππου* (539): 'saltem infernus tenebrio, κακὸς δαίμων; atque habeat homines sollicitos, quod eum peius formidant quam fullo ululam'. — M. Tullius de Republica lib. III (24): 'nam cum quaereretur ex eo, quo scelere impulsus mare haberet
20 infestum uno myoparone: «eodem», inquit, «quo tu orbem terrae»'. || Habere, audire. Lucilius lib. XXVIII (10): habés omnem rem: tíneo ne accusér . .

Terentius in Hecyra (194):

habés omnem rem; pérgam quo coepi hóc iter.

- || Habere, dirigere. Lucilius lib. XXIX (52):
25 huc, álio cum iter habéret, praeteriéns venit.

HABITARE est inhabitare. — Habitare, uti. Varro Sermone Latino lib. III (63): 'utrumque mulieres, et epicrocum viri quoque habitarunt'. — idem Rerum Divinarum lib. XVI (66): 'hoc nomine antiquos secundis rebus comas habitasse'.

- 30 HIARE est aperiri. Sallustius Hist. lib. IV (17): 'atque hiavit humus multa vasta et profunda'. || Hiare, mirari, stupere. Vergilius Georg. lib. II (508):

30—32 Hiare — stupere.

11—14 cf. 223. 11 || 13 verbis saepe in se codd. 223 (cum Ter.) || 16 tenebro: corr. Iun. || x. δ. secl. On.: ó x. δ. Oehler || agit atque Mu. || habet ed. princ. || 17 eum Iun.: cum || ulula: corr. Iun. || 17—20 cf. 125. 13 (s. v. infestum mare haberet); 534. 16 (s. v. myoparo) || 19 -sum codd. h. l. (corr. H³) || quo sceleris impulsu Mu. || 22 in heautontimorumenon (om. in B⁴) || 25 hunc: corr. ed. a. 1476 || 26 Habitare u. Turneb.: habere u. || 27 de. S. L. ed. princ. || 27—28 m. et picrocum L¹: (m. epicrocum H¹) || 29 secundisi L || comam Quich. || 30 Habere (Gen.) vel Hiare (B) A⁴ || 31 vastum et profundum Mu. || 32 III L.

hunc plaussus hiantem
per cuneos geminatus enim plebisque patrumque.

et Aeneidos lib. VI (493):

35

inceptus clamor frustratur hiantis.

Varro Marci pore (277): || 'quid? qui vident et 1
circumstant, non rident?' — 'credo ridere: hiantis video,
ridentis non audio'.

HORRENDVM significat vitabile et terribile. Vergilius
lib. VI (99):

horrendas canit ambages antroque remugit.

|| Horrendum, novum et admirandum. Vergilius Aen. 5
lib. III (26):

(horrendum dictu!) video mirabile monstrum.

idem lib. VIII (564):

nascenti cui tris animas Feronia mater
(horrendum dictu!) dederat.

|| Horrendum, ridiculum. Vergilius Georg. lib. II (387): 10
oraeque corticibus sumunt horrenda cavatis.

HAVRIRE significat exaurire vel impleri. Lucretius
lib. IV (2):

iuvat integros accedere fontis
atque aurire.

36 Virg. inc.—hian.; 3—5 Horr.—admir.; 12 Haur.—impl.

33 plaustus *L*¹: plaussus *E* ante corr. || 34 patrum (*om.*
que) *A*⁴ || 36 incertus: (*corr. B*) || 1 quid? qui v. *Quich.*: quic-
quid evident: qui quidem (*Vahlen.*) vident *Bue.*: fort. quicquid
est, vident || 1—2 evidenter circ. *B*⁴ || 2 non c. *Mu.* || video,
ridentes *N. Faber*: videor hidentes *A*⁴ (*non B*): videor hihentes
*L*¹: videor hiantes *B*⁴ || audeo *A*⁴ || 6 h. et d. v. *Verg.* || 7 VIII
*LA*⁴ || 9 dictum *L*¹ *A*⁴ || 12 implere: *corr. Mu.* || 13 levat *B*⁴ ||
accedere *Lucr.*: et cedere (eccedere *E*¹ ut *vid.*; pro occ.?).

15 Lucilius lib. XXX (2):

quantum aurire animus Musarum ex fontibu' gestit.

|| Haurire, avare sumere. Cicero Tusculanarum lib. V (16):
'cum inexplibili cupiditate, quo affluentius voluptates
undique hauriat, eo gravius ardentiusque sitientem'.

Vergilius lib. I (738):

20 ille inpiger ausit
spumantem pateram et pleno se proluit auro.

|| Haurire, defetigare. Vergilius Georg. lib. III (105):
exultantiaque haurit
corda pavor pulsans.

25 || Haurire, confodere. Vergilius lib. X (314):

per tunicam squalentem auro latus aurit apertum.

|| Haurire, accipere vel audire. Vergilius lib. XII (25):
haec haut mollia fatu
sublatis aperire dolis; simul hoc animo hauri.

30 et lib. IV (359):

vocemque his auribus ausi.

|| Haurire, tenere. Vergilius Georg. lib. IV (426):
et medium sol igneus orbem
auserat.

16 Lucil. quant.—gest.; 25—27 Haur.—aud.; 31—1 Virg.
voc.—dignitas.

15—16 cf. 317.7 (s. v. *gestire*) || 16 animas (-mos *D4*)
codd. h. l. || et (ea *A4 D4*) fontia *codd. h. l.* || 17 avide (?) *Mu.* ||
18 quoque affl. voluptates *Cic.*: quo fluentius voluntates ||
19 hauriret *L B4*: hauriet *A4* || ego *L1 A4* || 23—24 cf. 300.36 ||
24 pulsant *L1 A4* || 25—26 cf. 404.13; 452.24 || 27—29 (dol.)
cf. 385.21 || 28 haut (-d) haec (om. *A4*) *codd. h. l.* || 29 sub-
landis (-bbl-) *A4 L2* || dolus *L ex corr. A4* || 31 ausit *L1 A4* ||
33—34 haus. orb. (horb.) *D4*.

HONOR est dignitas. M. Tullius Epistularum || ad 1
Caesarem lib. I (1): 'tu cum ea, quae es ab senatu
summo cum honore tuo consecutus'. || Honor, gratia,
pulchritudo. Vergilius Georg. lib. II (404):

frigidus et silvis aquilo decussit honorem.

et lib. I (Aen. 590):

5

lumenque iuventae
purpureum et laetos oculis adflarat honores.

|| Honor, substantia, delectatio. Vergilius Georg. lib.
IV (326):

en etiam hunc ipsum vitae mortalis honorem.

|| Honor, cultura, observantia. Vergilius lib. VIII (76): 10
semper honore meo, semper celebrabere donis.

|| Honor, integritas, pudicitia. Vergilius Aen. lib. I (28):
et rapti Ganymedis honores.

|| Honor, sacrificium, litatio. Vergilius lib. VIII (102):
forte die sollemnem illo rex Arcas honorem
Amphitryonadae magno divisque ferebat. 15

Plautus Aulularia (16):

ecquid maiorem filius
mihi honorem haberet quam eius habuisset pater:

31—1 Virg. voc.—dign.; 3—4 grat.—hon.; 10 Hon. cult.
obs.; 12—13 Hon.—honores.

1—3 cf. 270. 19 (s. v. consequi) || 2 tunc cum *codd.* 270:
tum cum *C. F. Mueller.* || 3 sum. hon. (*om. cum*) *A⁴* || 5—6 cf.
340. 37 || 5 et Aen. lib. I *On.* || 7 oculis *om. A⁴* (*non B*) ||
8 delectatione *A⁴* || 10 verg. georg. (*aen. B*) lib. VIII *A⁴* ||
11 honorem eum *A⁴*: honorem meum *L* || 14 VIII *L A⁴* ||
15 sollemne: (*corr. B*) || 18 et quide *A⁴*: et quidem *L B⁴*: et
qui *codd. Pl.* (*ecquid edd.*) || filium || 19 habere.

- 20 || Honos, dilectus, amor. Vergilius lib. XII (56):
per siquis Amatae
tangit honos animum.

|| Honor, hostia. Vergilius Aen. lib. III (118):
meritos aris mactabat honores.

25. || Honor, praemium. Vergilius lib. V (249):
ipsis praecipue ductoribus addit honores.

Lucilius lib. XXX (56):

cuius vultu ac facie ludo ac sermonibu' nostris
verginis hoc pretium atque hunc reddebamus honorem.

- 30 || Honor, sepultura. Vergilius lib. VI (333):
cernit ibi maestos et mortis honore carentis.

Lucilius lib. XXVII (XXVIII, 49):
nullo honore, nullo heredis fletu, nullo funere.

INCIPIT PER I LITTERAM.

- 35 INVITARE apertam habet significantiam. Vergilius
lib. V (485):

celeri certare sagitta
invitat qui forte velint et praemia ponit.

Terentius Heautontimorumenos (185): ||

- 1 quam vellem Menedemum invitatum, ut nobiscum esset
amplius!

20 — 24 Hon.—hon.; 30 — 31 Hon.—car.; 35 Inv.—sign.

21 per om. D⁴ || Amatae om. D⁴ || 24 -avit Verg. || 26 ipsos
L A⁴ || -puos Verg. || 27—29 cf. 366. 9 (s. v. pretium) || 28 a f.
(Gen.) vel ac f. (B) A⁴ || 33 honore displetu: corr. Palmer.
(Hermath. XXII, 406), nullo addidi: hon. di! sepultu' Mu. ||
34 om. A⁴ || 35 significationem D⁴ || 37 invitant: (corr. B)
1 ut corr. a L: ad (Gen.¹) vel a (Gen.² B) A⁴: a B⁴: (in arche-
typo erat ut [sic]).